EXERCITATIONES
ANATOMICÆ

R. BAYFIELD

1668

V. 1.

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME
HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

BAYFIELD, R.

MEDICAL SOCIETY OF LONDON · 11, CHANDOS ST. CAVENDISH SQ.
ESTABLISHED
1773

V, 1

EXERCITATIONES ANATOMICÆ,

In

Varias Regiones Humani Corporis, Partium Structuram atque uſum oſtendentes:

Recentium Medicorum, Chyrurgorum, necnon Pharmacopolarum, in uſum Divulgatæ

à

ROBERTO BAYFIELD
Medico.

Editio Secunda.

LONDINI,

Anno Dom. M. DC. LXVIII.

MEDICAL SOCIETY OF LONDON

Clariſſimo Doctiſſimóque
VIRO,
ROBERTO GAWSELL
Armigero,
Et
In Comitatu Norff. Pacis Juſticiario, *Robertus Bayfield* Chariſſimus ſui Cognatus & humillimus Servus, Sectionem hanc primam *de Exercitationibus Anatomicis* exhibitam in grati animi teſtimonium conſecravit.

LECTORI

Candido Salutem.

INter omnia erudi-
tionis ingenuæ ſpe-
cimina, Candidiſ-
ſime Lector, laureo
lam medicina in
hoc planè prome-
ruit, quod cum reli
quæ ſcientiæ benè eſſe tantummodò ſpe-
ctant, hæc & ipſum eſſe corporis huma-
intuetur. Artes liberales ſi conſulas, ea-
rumq; excellentiæ menſuram ab object-
accipias, quantò rem à corpore, imm-
verbum à re ipſa diminutam, tantò har-
illis omnibus ſublimiorem facilè judica-
bis. Nec Theoria tantùm delectat quam
tum praxis proficit: Cunctis ergò m-
dicin-

dicinæ laboribus præferenda eſt Anatomia, eò quod mirificum divinæ potentiæ ſapientiæque indicium in hominis ſtructurâ exhibet, cui os ſublime dedit vultuſque erectos, & omnia ſic artificiosè contexuit corporis lineamenta, ut quadratam ſupremi numinis exprimat effigiem, & majorem mundi machinam repræſentet, unde à Philoſophis μικρόκοσμος *audiit quod omnia in ſe eminenter, quæ* Μακρόκοσμος *in ſe formaliter contineat, omnis etiamque praxeos baſis ſit, ac fundamentum; Nullum enim Medicamen præſtabile eſt abſque indiciis, quæ non ſolum à morbo, ſed à parte etiam affectâ deducuntur, ſecundum cujus naturam, temperamen, ſitum unionem, ſenſumque diverſum, ſingula applicantur & alterantur remedia. Adeò ut peritè medicari mintraleq;* ἀνατέμνειν *ſint penitus* ἀσύστατα. *Admirandæ hujus Fabricæ obſervatio Phyloſophorum primis ſtupendam creavit extaſin, ejusque contemplatio Medicos omnis*

ævi eximios ſolenniori anatomiæ ſtudiis devovit. Ab antiquis Coronam Galenus arripuit, doctiſſimi cujus diſſectionum libri Laudis ſuæ æternum ſpectanti exhibent monumentum. Inter Neotericos (qui in præceptis artis hujuſce regulandis, obſervationibus ſuperaddendis, controverſiiſque determinandis ἔργον *planè Herculeum navarunt) ad miraculum excelluere* Columbus, Fallopius, Laurentius, Veſalius, & Piccolhomineus, *qui omnes in hâc provinciâ dextrè necnon indefeſſè laborârunt judicii profunditatem phroſeos elegantiæ ſic attemperantes, ut unuſquiſque Æſculapii inſtar ſalutem à cœlo ſecum attuliſſe videatur. Poſt quos omnes medicè loqui, nihil aliud eſt, quam poſt* Homerum *Iliadas ſcribere. Hi corpus medicinæ animatum efformarunt, nos eos ſequentes, & eorum volumina in Epitomen contrahentes, Sceleton ſolùm ſumus exhibituri. Ipſe ego cum diu obſervâſſem, quantum tædii hâc in arte*

incipientibus (quorum cauſâ horis ſuc-ciſivis ſcripſi) creârit librorum prolixi-tas, & quam intoxicat animos opinio-num diverſitas, compendia hæc phyſica æquè ac Theologica neceſſaria judicavi, ut in ipſo ſtudiorum limine, obſervatio-num ideæ præſtò ſint. Et rerum rudi-menta eorum mentis Bibliotheca citiùs præſentaret. Totum maximâ perſpicui-tate, ad Intellectus; brevitate, ad memo-riæ adjumentum, compoſui. Tritâ, tutá-que viâ curſum direxi, Novos hujus ſeculi Methodiſtas cum inventis ſuis, judicio ſuo ſtantes cadentesvè relicturus. Figu-ras ut communes & inutiles ſenſi omit-tendas, eò quod (Celſo referente) partium poſitio, magnitudo, ordo, durities, molli-ties, lævitas, proceſſus, receſſus, inſertio, receptióque iis accuratè diſtingui non poſſunt. Anatomicas haſce exercitatio-nes in tres diviſi Sectiones, quarum pri-ma tantum ſub conſpectu, reliquæ ſub manu ſunt, quæ (ſi guſtus hic imper-fectior mentibus ingenuis delectationem

creet, vel Neophytos admodùm edoceat; adeò ut reliquum optantes reddat) ſupremæ mediæque regionis partes eâdem methodo proſequentes, certò certiùs expectentur ab illo, qui univerſam exoptat Salutem.

EXERCITATIONES ANATOMICÆ,

ſeu

SECTIO PRIMA,

De ſtructurâ atque uſu partium, ad ventrem inferiorem pertinentium.

CAPUT I.

De Diviſione Corporis humani in genere.

INter varias corporis Humani quæ circumferuntur diviſiones, iſta Galeni præ cæteris præferenda eſt, quæ dividit corpus in caput, Thoracem, ventrem

& Artus, qui ramorum inſtar, è trun-
co corporis accreſcunt. Patrem igitur
iſtum anatomiæ nos præeuntem, li-
berrimè ſequemur, corpus quà ab eo
diviſum in tres Regiones ſeu ventri-
culos expoſituri. Quod ad extremi-
tates attinet, hoc tempore tractare no-
intendimus.

Suprema Regio à vertice incipit, &
in Claviculas deſinit. Secunda e
Thorax, qui incipit à Claviculis & de-
ſinit ad Cartilaginem enſiformem.
Tertia eſt venter, qui incipit à Carti-
lagine enſiformi, & in Os pubis ter-
minatur. In Supremâ Regione con-
tinentur organa animalia, id eſt, Ce-
rebrum, quod rationalis animæ e
habitaculum, origo ſenſus & motus.
In mediâ partes vitales, & ad reſpira-
tionem pertinentes; ut Cor, Pulmo
& arteriæ; In infimâ, organa omni
naturalia, concoctioni nutriminis
expurgationi excrementorum, pro-
creationique ſubminiſtrantia.

Jam procedamus, & Anatomico-
rum

rum more ab infimâ Regione incipiamus.

CAPUT II.

De Diviſione ventris inferioris.

VEnter inferior qui Græcè γαςὴρ dicitur, in duas partes, Anteriorem & Poſteriorem, dividitur. Anterior in tres Regiones diſtinguitur: Superior Epigaſtrica, Media Umbilicalis, ultima Hypogaſtrica ſeu Abdomen nuncupatur.

Epigaſtrica Regio incipit à Cartilagine enſiformi, & ad umbilicum intra duos digitos deſcendit. Partes habet laterales quæ Hypochondria dicuntur; Et mediam in quâ ventriculus & hepar continentur. In hypochondrio dextro maxima pars hepatis locatur; In ſiniſtro lien & pars major ventriculi. Nonnulli partem ſuperiorem hujus Regionis Scrobiculum

Cordis, nuncuparunt.

Regio umbilicalis ab extremitate coſtarum notharum incipit, & ad os ilium tres digitos infra umbilicum terminatur. Tres etiam partes obtinet, duas laterales quæ ab Ariſtotele λαγῶνες; à laxitate nominantur; à Galeno κενεῶνες: In dextrâ Ren dexter, cum jejuni inteſtini colique portione, & cæco omni, In ſiniſtrâ Ren ſiniſter, cum coli parte & jejuni, locatur. Tertia, ſeu pars media omne jejunum ferè continet.

Regio Hypogaſtrica incipit tres digitos infra umbilicum, & ad os pubis terminatur. In tres etiam partes, duas laterales & mediam, dividitur. Laterales quæ ad locum ubi Pili protuberare ſolent, ſeſe extendunt, ilia dicuntur, quia ileon ibi partim continetur; vaſa etiam ſeminaria in utroque ſexu, veſica & Rectum inteſtinum, inter quæ duo ultima viſcera in mulieribus Sedes uteri Sita eſt. Media ſeu pars Anterior Hypogaſtrium

propriè

propriè vocatur, atque nomen eſt potius; ſubter hoc pubes eſt, cujus dextræ partes & ſiniſtræ in femoris flexu ad pubem inguina dicuntur, ubi peritonæi eſt productio.

Pars poſterior Regionis tertiæ & infimæ, Διάζωμα ſeu Cinctum vocatur, & vel eſt Superior, quæ lumbos conſtituit; vel inferior quæ nates. Incipit à coſtâ infimâ, & in extremitatem oſſis ſacri deſinit.

Præterea, venter inferior cum tribus ſuis Regionibus dividitur in partes continentes & contentas. Continentes ſunt communes, & propriæ. Communes numerantur quinque Cuticula, Cutis, Membrana Adipoſa, Membrana Carnoſa, & Membrana communis Muſculorum. Propriæ ſunt Muſculi ventris, in numero decem, Peritonæum & Omentum. Contentæ vel ad concoctionem, expulſionem, aut generationem pertinent.

CAPUT III.

De Cuticulâ.

INter partes Alvum conſtituentes prima occurrit Cuticula, Græcis ἐπιδερμις, quòd ſupra cutem naſcitur; cujus inſtar cremoris eſt productio.

Pellicula hæc, eſt alba, tenuis, ſine poris, denſa, & cute compactior; ut humoribus qui veniunt à centro ad circumferentiam, apparet; & facilè cutim tranſeunt, ſed ibi ſunt detenti.

Senſûs eſt expers, omninò ſine ſanguine quia nec venam, arteriam, nec nervum, recipit. Facilè deperditur attritu aut aquâ fervente, & citò recuperatur, ubi cutis integra manet.

Cuticula generatur in miſturâ ſanguinis cum ſemine, à quo oritur vapor oleoſus, quaſi ſpuma ſanguinis per internam cutis caliditatem, ex-

pulſus

pulſus; ſed condenſatus à frigiditate humorum ſeroſorum in utero, extra verò à frigiditate aëris, quæ magis condenſat. Duplex obſervatur ab Aquapendente: una poris cutis inſeparabilitèr affixa, altera (quæ eſt tenuior) ſeparabilis ſine ullâ offenſione.

Nulla actio tribuitur Cuticulæ, ſed tantum uſus, ut poros ſupervestiat cutis, qui aliter perpetue lachrymarent; ut ora vaſorum communium defendat; ut tranſpirationem ſpiritûs & caliditatem naturalem quæ fert diſſolutiones prohibeat. Ut medium tactus ſit, ad temperandum ſenſum cutis exquiſitum; eamque venuſtam, politam atque æquabilem efficiat.

CAPUT IV.

De Cute.

SEcundum integumentum commune, eſt Cutis, quæ Græcè δέρμα dicitur. Generatur ex ſemine perfectè ſanguine mixto; ita tamen ut pars ſeminaria habeat victoriam, ex qua cutis ſpermatica judicatur.

Subſtantiam habet mediam (ab aliis membranis diverſam) inter carnem & nervos: non adeò cruentam ut caro, neque expertem ſanguinis ut nervus. Naturaliter eſt alba, aliquando tamen colorata ab humore prædominante, ſenſûs exquiſiti, & facilè extenſibilis; ubique immobilis (quia connexa eſt partibus ſubjectis) cute frontis excepta.

Tenuis eſt in facie, lateribus, pene, ſcroto, & plantis pedum; ſed in cervice, Dorſo, & cruribus denſior eſt. Tenuiſſima eſt in labiis, volis manuum,

um, & extremitatibus digitorum, quibus immediatè adhæret ad apprehenſionem firmiorem & exquiſitiorem.

Perforata eſt in variis locis. Sunt autem ejus foramina alia conſpicua, ut os, aures, nares, &c. alia inconſpicua & inſenſibilia, ut pori, qui inſtar foraminum cribri concinni, innumerabiles ſunt. Hiſce partibus eſt via tranſpirationis, ut excrementa tertiæ concoctionis effluant; unde à nonnullis Emunctorium univerſale nuncupatur; Et ut pori conſerventur aperti, natura unicuique pilum aſſignavit.

Cutis vaſa communia accipit pro nutritione, vitâ & ſenſu. Venas habet duas à jugularibus, duas ab inguinibus, id eſt, ab Epigaſtrica & mammaria; duas ab axillaribus, & tot habet arterias: Nervorum numerum definitum non habet; ſed duo majores ſunt circa papillas, duo in volis manuum, duoque in radicibus unguium.

Revera Cutis quæ immediatum inſtrumentum eſt tactus, communionem

nem habet cum partibus præcipu per innumeras venas, arterias, & ner vos, quorum extremitates undiqu excipit.

Uſus ejus eſt, totum habitum co poris veſtiendi, Sedem partium in ternarum à frigore muniendi, excre menta tertiæ concoctionis excipien di, Sordes, fuligines, & ſudores ex purgandi.

CAPUT V.

De Membranâ Adipoſâ.

TErtium integumentum com mune eſt Membrana Adipoſa quæ Græcè πιμελὴ dicitur.

Corpus hoc ſimilare oritur à ſan guinis portione oleoſâ necnon aëre ſyncerâ ac elaboratâ, roris inſtar e venis capillaribus in cute terminant bus per virtutem caloris moderati, ex tillante; & membranarum frigiditat nervorumque concreſcente. Und

perı

ernoſcimus quod frigus vel calor entior, eſt cauſa Adipis efficiens, qui otiùs excrementum quàm pars habendus eſt.

Adeps cum partibus præcipuis ommunicare non poteſt, quia non erè nutritur, ſed vitæ ſenſuſque eſt xpers, ideoque venis, arteriis, & nerris caret, licet hæc tria vaſa per adiem diſtribuantur, ut ad cutim perreniant.

Tres ſunt venæ per hujus ventris inguedinem diſſeminatæ. Prima à nammilari externâ: Secunda ab epiaſtrica externâ: Tertia à lumbaribus. Glandulas habet copioſiſſimas quæ xcrementa in ſe recipiant, cum natua in habitum corporis, nociva ejicere oteſt.

Condenſata eſt exercitio vehemeni, & calore immoderato, qui portionem ejus tenuiorem, abſumit; & denſiorem relinquit. Cerebrum, Cilia, Penis, & ſcrotum, pinguedinem non abent, nec infantes nuper nati.

Uſus

Uſus Adipis eſt, humectare partt calidas & ſiccas, ut cor & renes, mo tum faciliorem reddere, Partes mu nire, Calorem nativum fovere, Spati vacua inter muſculos, vaſa, & cutim (ornamenti cauſa) implere; vaſis qu ad cutim perveniunt lectum fore, al mentumque in inedia præbere.

CAPUT VI.

De Membranâ Carnoſâ.

QUartum integumentum commune eſt Membrana Carnoſa quæ Græce ὑμὴν σαρκώδης nuncupatur. Carnoſa dicitur, quia in quibuſdam locis (circa frontem, ambitum colli, & aures) abit in carnem muſculoſam.

Subſtantia hæc nervea generatur ex ſemine, & ſenſum habet exquiſitum, ita ut ſi ab acri humore vellicatur, rigorem & concuſſionem excitet, ſicuti in febribus à bile. æqualis eſt magnitudine:

udine cuti, & figurâ ſimilis, cui per venas, arterias, nervos; & fibras membraneas connectitur. Intexitur etiam pinguedine, ita tamen ut membranæ muſculorum, per fibras tenuiores adhæreat. Parti anteriori colli, fronti, & muſculo lato penitus affigitur, quod ab illis vix ſeparari poſſit, ita ut in famelicis nil niſi membrana relinquatur. Carnoſior eſt verſûs lumbos & dorſum cui firmiſſimè adhæret, & adeò à nonnullis inde oriri dicitur.

Uſus ejus eſt, vaſa cuti diſſeminata, curſu ſuo dirigere & roborare; muſculos internos defendere; vapores ſtos ſanguinis oleoſos & aereos qui erviunt generationi adipis continere, condenſare, ne defluant: Pinguedinem præſervare, ne à continuo muſculorum motu liqueſcant; & vulneratam cutem conſolidare, quæ ſine carne accreſcere non poteſt.

CAPUT VII.

De Membranâ communi Muſ-culorum.

DEtracto Panniculo carnoſo proximè ſequitur communis muſculorum ventris membrana, quin-tum commune corporis integumen-tum, quod (præter propriam cujuſ-que muſculi tunicam) omnes muſcu-los complectitur.

Sita eſt inter panniculum carnoſum & muſculos; nam ſupra & infra fibr affixa eſt, quæ tenuitate & congruitat araneam præeunt. Maximè viſibil eſt ſi in Epigaſtrica Regione ſeparar incipias circa oram ſpuriarum, & ſic vertebris ad ternum.

Pertenuis nervoſaque eſt ejus ſub-ſtantia, pervalida tamen & ita firm muſculis affixa, ut facilè (niſi à perit pectore) develli non poſſit.

Coloris eſt albi, & à muſculorum nervoſi

nervoſis fibris originem habet. Nutritur, & ſentit more aliarum partium communium, & frigidæ & ſiccæ eſt temperiei.

Uſus eſt muſculos veſtire, & in unione ſua naturali continere, (nam eos circundat inſtar cinguli) ne in motu diſſiliant & dehiſcant; muſculis ſenſum communicare, & ab aliis ſeparare. Tantum de corporis communibus integumentis. Proximè ſequuntur partes propriæ continentes: *viz.* decem muſculi, Peritonæum & omentum.

CAPUT VIII.

De Muſculis ventris inferioris.

POſt partes communes continentes, proximè ſequuntur decem muſculi qui (ſecundum fibrarum ſuarum poſitionem) ventrem inferiorem conte-

contegunt : utrinque numerantu
quinque ; duo obliqui deſcendent
ſeu obliqui externi, duo obliqui aſcen
dentes vel interni, duo pyramidale
duo recti, & duo tranſverſi : omn
pariter figurâ, magnitudine, action
vique, æquati : Ita mutuò compo
ſiti, quod obliquus ab uno later
deſcendens, cum diverſo conjung
tur, & ſic de reliquis.

Muſculi omnes alteri in quiete ſu
ſunt directi, ſed in actione curvat
Hi ante actionem curvantur, & cu
operantur, intûs flectunt, quà cav
tates inferiores facilè comprimunt.

Aliquando par unum, aliquand
alterum elaborat : at cum omnia, tu
æqualis eſt compreſſio, quæ cum di
phragmate movente, expulſio excre
mentorum, validæ expiratione
ſpiritus cohibitiones, & fætus expu
ſiones, ſequuntur. Præterea uſ
muſculorum ventris eſt, dum quie
cunt, contegere ac munire partes in
ternas, & calorem internum fovere a
que conſervare. Quam

Quamvis Muſculi ventris diverſis artibus hæreant, à quibus dicuntur riri, omnes tamen inſeruntur ad lieam candidam ventris, (ubi tendoes muſculorum præcipuè obliquoum, ita conjuncti ſunt, ut unicum ideantur conſtituere tendonem) & d oſſa pubis. Linea alba inſervit onnectere omnes muſculos ligamine ommuni ad uniendam dextram & niſtram; nervoſa incipit à cartilaine enſiformi, & ſic per umbilicum anſiens (ſupra quem latior eſt ſecunum rectorum diſtantiam) ad comiſſuram pubis terminatur.

Præterea tendones muſculorum ad entrem pertinentes perforati ſunt in guine, ut detur tranſitus peritonæo, duobus muſculis cremaſteribus, ad iſpenſionem teſticulorum compatis.

Jam pergamus ad particularem uſculorum ventris deſcriptionem.

Primum par Muſculorum quod in iſſectione occurrit, eſt externum,

ſeu obliquè deſcendens (ita dictum fibris, quæ à parte ſuperna ad infe nam obliquè deſcendunt) quoru ſubſtantia eſt partim ſanguinea, pa tim ſpermatica, ſed portio carno prædominat. Par hoc (quod illis in fra conjungitur, per interpoſitione ſubſtantiæ viſcoſæ glutinis inſta maximum & latiſſimum eſt, na totum ventrem oblique tegit. Princ pia habet varia triangularia, ſeu pi nas, à ſextâ, ſeptimâ, octavâ, nonâq coſtâ, vel potiùs ex interſtitiis coſt rum, ortas; è quibus, ſingulis pinn ſinguli nervi porriguntur. Ab apic bus etiam tranſverſorum proceſſuu vertebrarum lumborum, exoritu Muſculi hi duo obliquè deſcendent in ſerratum majorem digitatim, inſ runtur; Serrato etiam poſtico inf riori, & coſti tribus infimis, conn ctuntur. Partes eorum carnoſæ i extremitate oſſis ilium, membrane & nerveæ in oſſe pubis & in lineâ alb circa medium Abdominis, terminan

tu

ır. In duobus locis ſunt perforati, rimò ad umbilicum, ſecundo ad in- uina, in viris, pro exitu ſeminalium; mulieribus, duorum ligamentorum eri rotundorum & nerveorum, quæ rope nympham deſinit. Peculiaris ſus eſt, cum oblique ſimul elabo- nt, partes ſupernas necnon laterales ntris utrinque comprimere.

Secundum par Muſculorum eſt blique aſcendens, ſeu internum, uod cum fibris contrariis par prius terſecat. Mediam Abdominis por- onem occupat, & figuram habet tri- etram. Carnoſum oritur ab appen- ce oſſis ilii; membranoſum vero à inis oſſis ſacri, & ſurſum aſcendens a tegit, uſque ad Cartilagines coſta- m quatuor inferiorum veniat; & ad partem anteriorem alvi addu- ım, in lato nerveoque tendone de- it; qui tendo ſupra umbilicum du- ex apparet, ut Anatomici recentio- obſervarunt, unâ parte ſupra muſ- los rectos, alterâ parte infra: ut

rectus quaſi in vagina repoſitus ſit, ſec
prope lineam albam reunitur, eidem
que inſeritur. In cartilagine etiam en
ſiformi, ad umbilicum & os pubis ob
venit. Quatuor habet venas & arte
rias à muſcula, quæ à lumbaribus ori
untur, & per regionem abdomini
necnon peritonæi diſſeminantur
nervos etiam accipit à vertebris lum
barium, qui ſecundum tranſitus fibra
rum inſeruntur. Horum peculiari
uſus eſt, cum obliquè ſimul elabo
rant, partes infimas necnon later
les ventris utrinque ad pubem com
primere.

Tertium par Rectorum eſt, ita d
ctum à fibris rectis, quæ ſecundum r
ctitudinem corporis decurrunt. Or
tur ſecundum nervorum inſertione
ab utroque latere cartilaginis enſifo
mis à ſterno, cum lato & carno
principio, & ſic per longitudine
abdominis extenſum, tendine in
pubis deſinit, cui etiam inſerit
Varias habet interſectiones nervoſ

quaru

quarum una ſemper eſt directè ſubter umbilico, duæ & aliquando tres ſupra; omnes ad roborandas fibras carnoſas conſtituuntur, quæ aliàs per longitudinem frangi poſſint, & ad rectos obliquis aſcendentibus & deſcendentibus muſculis, connectendos. In interna rectorum ſuperficie decurrit Epigaſtrica aſcendens & mammaria cum ramo venæ cavæ, quæ ſubter claviculas tranſit. Hi rami utrique cum ſuis arteriis, circa medium muſculi coeunt; ubi paulatim ſupra umbilicum per anaſtomoſes conjunguntur. Quæ anaſtomoſis conſenſum magnum inter uterum & mammas, abdomen & nares efficit. Quatuor habet nervos, qui ab intercoſtalibus fluunt, at ab infimis vertebris ſterni procedunt, & ſic peritonæum perforantes, ſe rectorum interſectionibus aut diſtinctionibus inſerunt. Uſus rectorum eſt, ut partem inferiorem pectoris deorſum trahant, quod ſuperna meliùs extendatur, ut in expira-

tionibus magnis violentibus accidi[t], ut comprimant ventrem ad dorſu[m] expulſionemque excrementorum a[d]juvent.

Quartum par Pyramidalium eſt i[ta] dictum à figurâ. Carnoſum, oritur [à] externo oſſe pubis, cui etiam ner[vi] porriguntur, & deſinit in medio L[i]neæ albæ, cum tendone rotundo [&] gracili, qui modò uſque ad umbil[i]cum producitur. Pyramidalium ſin[i]ſter dextro ſæpiſſimè brevior ang[u]ſtiorque apparet; quorum longiſſ[i]mus, quatuor digitorum latitudine[m] rarò excedit. Quanquam in non[n]ullis deficiant, & præſertim dexte[r], caro tamen ſuperjecta ſupplet def[e]ctum. Uſus Pyramidalium eſt veſ[i]cam dum mingimus leniter compr[i]mere ad urinæ excretionem, ideoqu[e] tendones ſuos intra rectos immittu[nt] (à quibus per fibras diſpares, & mem[]branam peculiarem diſtinguuntu[r]) in eam peritonæi partem, quæ veſ[i]cam includit. In violentis excretion[i]bu[s]

bus cum cæteris elaborant; unde Succenturiati nuncupantur.

Quintum par tranſverſorum eſt ſic dictum à fibris tranſverſis, quæ ſecundum latitudinem corporis excurrunt. Peritonæo ubique (niſi ad pubem) contumaciter adhæret, & figuram habet quadrangularem. Hi muſculi orti ab apophyſibus tranſverſis vertebrarum lumbarium & ab oſſibus ilii, ſub extremitatibus cartilaginium coſtarũ notharum ſubtercluduntur, (ubi diaphragmati nectuntur, & fibras habent continuatas; adeò ut diaphragma pro excretione deorſum trahant) & ſub recto muſculo per latam aponeuroſim ad lineam albam deſinunt. Horum peculiaris uſus eſt partes medias & laterales ventris, & colon præſertim, comprimere.

CAPUT IX.

De Peritonæo.

POſt omnes Muſculos Abdomi-nis, proximè ſequitur Perito-næum, quod tenuis eſt membra[na] araneæ inſtar, omnibus inferioris ve[n]tris partibus, circumtenſa. Superfici[es] ejus externa fibroſa eſt, & nonnil[hil] aſpera, ut firmius muſculis adhærea[t] interna glabra & ſicut humore un-ctuoſo oblita, ne lenitatem inteſtino-rum offendat.

Inter omnes corporis membran[as] hæc eſt ampliſſima, (nam totum ven-trem inferiorem ſuccingit) & figu-ram habet ovalem. In viris craſſior e[ſt] ab umbilico ad cartilaginem enſifor-mem, non ſolum ut ventriculus melius extendat, ſed ut partium cali-ditatem præſervet, concoctionemqu[e] promoveat: In mulieribus verò cra[ſ]-ſior ab umbilico ad pubem, ut in con-ceptione juxta molem & uteri ampli-tudinem dilatari poſſit.

Spe[r]

Spermatica hæc ſubſtantia produxit meſenterium; & omnibus ventris partibus, ſcilicet, ventriculo, Hepati, Renibus, Inteſtinis, utero, &c. membranam contribuit. Pars ejus ſuperior diaphragmati arctiſſimè adnectitur (unde eo inflammato hypochondria ſurſum convelluntur) inferior oſſi pubis & ilii, anterior lineæ albæ & tranſverſorum muſculorum tendinibus.

Externa etiam Peritonæi membrana lumborum vertebris firmè adhæret (ubi craſſior eſt & niſi fracta ſeparari non poteſt) ex quarum ligamentis, vel potiùs perioſteo, originem accipit: interna nullum habet cum vertebris nexum. Revera ubique eſt duplex, quia ex membranis duabus conſiſtit; quarum interna, brevior eſt externâ, quia non comitatur externam uſque ad teſtes, ſed in Abdominis cavitatibus deſinit. Tanta eſt tunicarum ab umbilico ad pubem diſtantia, ut inter ſe veſicam compre-

hendant. Duplicatura ejus etiam omentum, meſenterium, & ligamentum hepatis veſtit.

Supra, tria habet foramina, unum ad dextram pro tranſitu venæ cavæ, alterum ad ſiniſtram, ut per eum œſophagus ſtomacho ſit unitus: Tertium pro tranſitu aortæ, venæ ſine pari, & nervorum ſexti. Infra, circa anum, cervicem veſicæ & uteri, vaſaque, ad crura deſcendentia, perforatur; anterius in fætu, ubi umbilicus eſt, ſed poſtea occluditur. Productiones etiam ſunt duæ ob vaſa ſpermatica deſcendentia ad teſtes, quos externa peritonæi membrana obvolvit, & propriam tunicam conſtituit erythroidem.

Venas & arterias à vaſis diaphragmaticis, mammariis & epigaſtricis, aliquando à ſeminalibus, accipit. Ramos nervorum habet aliquos, ſed parvulos, ex iis muſculorum ventris, quibus, ſenſus peritonæo communicatur.

Uſus eſt, ad excretionem promo-

vendam, ventriculum & inteſtina in parte anteriori (prout ſupra à diaphragmate) comprimendo ; ad partes ventris infimi veſtiendas ; ad vaſa curſu ſuo roboranda ; gracilia enim inter membranas hujus peritonæi duplicatas, ſunt cuſtodita) & ad omnes partes in ſede ſua naturali, ne diſſiliant, continendas.

CAPUT X.

De vaſis Umbilicalibus.

VAſa Umbilica ſic dicta, quia umbilicum pertranſeunt, ſunt quatuor : Vena una, Arteriæ geminæ & urachus interjectus.

Vena umbilicalis (nutricula embryonis dicta, quia fœtus eâ totis menſibus enutritur) eſt omnium prima, imò omnibus corporis partibus, quoad carnoſam ſuam ſubſtantiam perfectionis rudimentum : Et ante ulla viſcera cum arteriis umbicalibus ex ſe-

mine immediatè conformatur. Hi vena (cujus nodi ſanguinis moratio ni inſerviunt, ut exquiſitiorem p nutritione fætus elaborationem rec piat) à radicibus portæ originem h bet in concavâ hepatis, cujus fiſſ ram penetrans, inter duas periton tunicas ad umbilicum progreditur.

Arteriæ geminæ ex iliacis prod unt, vel potiùs illic inſeruntur, & v ſicæ latera perreptantes, cum ven ut ſupra, feruntur. ὀμφαλὸς ve rò ſive umbilicus (cujus ſummit ἀκρομφάλιον pars ſuperna ἐπομφάλι inferna ὑπομφάλιον, cutis circumie γραῖα, à rugis fortaſſe, quaſi anic lam dicas) ab Ariſtotile ῥίζα γας vocatur, quia vaſis prædictis, ta quam è fibris radicis, fætus nut mentum à placentâ (tanquam ex te ra) attrahit. Umbilicales arteriæ qu bus fætus tranſpirat, ſanguinem v talem ad aortam deferunt, è quâ a cor vitæ caloriſque fætus nativi pra ſervandi cauſâ affluit.

Qua

Quartum vas (urachus dictum) à veſicæ fundo provenit, & inter geminas peritonæi tunicas ad umbilicum adit. Canalis eſt urinæ ad Amnion abductioni ordinata. Varolius totam in veſicâ urinam uſque ad partum affirmat, unde infantes primò die tantopere mingunt.

Quatuor hæc vaſa in umbilico occurrentia, poſt partum in Ligamenta degenerant, ad hepar & veſicam (ne moveantur) firmiter retinendum.

CAPUT XI.

De Omento.

POſt Peritonæum ſequitur Omentum quaſi operimentum, Græcè ἐπίπλοον à ſupernatando dictum, quia inteſtinis veluti innatat. Conſiſtit ex duabus membranis (quarum una ſupra aliam incumbit) quas accipit à Peritonæo. Subtiles & leves ſunt, ne pondere gravent: Anterior exte-

exteriori membranæ ventriculi ad fundum, Cavæque lienis parti, alligatur. Poſterior colo inteſtino necnon duodeno adhæret: Hepati etiam veſicæque biliariæ cum fibris membraneis adnectitur.

Spermatica hæc ſubſtantia ob venarum multitudinem multum adipis habet, inter quem, glandulæ ſunt parvæ ſed plurimæ, quæ humidum fæculentum exugunt, itaque omentum Mappa ventris appellatur. Figura eſt Marſupii, quia gemina ubique & adeo disjuncta, præſertim in ea parte omenti quæ ſupra inteſtina expanditur, ut manus introduci queat.

Infra umbilicum ſe extendit, rarò ad os pubis, & tunc in mulieribus pinguioribus ſterilitatem frequenter parit, os uteri comprimendo. Venas ſolum accipit à venâ portâ; Arterias à cæliaco & meſenterio ramo, exiguoſque nervos à ramulo ſexti, ut non ſit omnino ſine ſenſu.

Uſus eſt, ut Suſtineat ramos venæ

portæ,

portæ, cœliacæque arteriæ, qui in ventriculum, lienem, duodenum inteſtinum & colon, tranſeunt; ut ſordes lienis accipiat, ſicut enim in Hydropicis plenum eſt aquis, ſic in melancholiâ hypochondriacâ lieniſque paſſionibus, ſanguinis ſeroſi necnon fæculenti receptaculum eſt; ut ventriculum, colon & duodenum Dorſo connectat; hepar lienemque ſimul copulet; ut vapores iſtos intra alvum (ſicut in Reticulo) volantes contineat; eoſque in adipem convertat; quæ ad fundum ventriculi fovendum, pariterque ad inteſtina humectanda, Caloremque eorum naturalem alendum, inſerviat.

CAPUT XII.

De Inteſtinis.

ORdine ſectionis ſequuntur inteſtina, quæ ſunt corpora oblonga, rotunda, concava, varièque circum-

cumgyrata ne alimentum, ante abſo-lutam chyli diſtributionem, ſtatim elabatur. Græce ἔντερα dicuntur, qui in intima corporis parte ſunt collocata. Connectuntur per Meſenterium quo & omenti interpoſitione dorſo renibuſque colligantur, & ſic per oſſis ilii cavitates ſuſtinentur.

Conſiſtunt ex tribus tunicis. Exterior ſeu tunica communis immediatè eſt ex membranis meſenterii, quamvis mediatè à Peritonæo. Media eſt valida & fibris carnoſis plena, ad calorem, quo juvatur concoctio, meliùs adaugendum. Interior nervoſa ac rugoſa eſt, pariterque membraneâ cruſtâ inſtrata, ne meſeraicarum [lactearum] ora, quæ exſugunt partem chyli tenuiorem inſtar hirudinum, obſtruantur. Muco etiam pituitoſo eſt oblita, ac veluti loricata, ne contactu bilis tranſeuntis tunica lædatur.

Membrana interior fibras habet obliquas ad retinendum; media tranſ-

verſas

verſas ad expellendum; exterior rectas ad contrahendum ; & hæ (quæ ad tranſverſas roborandum dantur) pauciores ſunt in tenuibus, in Craſſis plures, præſertim in recto. Fibris eorum tranſverſis quicquid continetur expellitur. Et motus hic periſtalticus dicitur, quo ſenſim per partes inteſtina supernè deorſum contrahuntur.

Præterquam hæc media & interior tunica quæ propriæ nuncupantur, denſiores ſunt (præſertim in colo & Recto) Primum, ad facultatem expulſivam juvandam. Secundùm, ad inteſtina in morbis aliquibus e.g. in dyſenteriis, præſervanda. Utræque tamen tunicis ventriculi ſunt molliores & tenuiores, quia ibi dura & inconcocta, hic plerumque inſtar pappæ mollia, recipienda ſunt.

Inteſtina (Pyloro conjuncta & uſq; ad anum continuata) pinguedine extrinſecus obducuntur, quæ calorem nativum focillat ac præſervat.

Quoad

Quoad longitudinem verò, ſexies corpus excedunt in quo continentur. Venas habent à portâ: arterias à cœliacâ, nervoſque à ſexto pari.

Quanquam inteſtina ſint continuata & ſine diviſione, reſpectu tamen membranarum variationem recipiunt: Aliquæ enim ſunt tenuia quia tenues membranas habent. Et hæc ſunt tria; Duodenum, Jejunum & Ilion; quæ chylum perficiunt ac diſtribuunt. Aliquæ ſunt magna & craſſa, quia craſſas habent tunicas, & partem ſucci craſſiorem abſolvunt: pariterq; hæc ſunt tria; Cæcum, Colon, & Rectum. Nunc de his omnibus ordine loquemur.

Primum tenue inteſtinum Duodenum dicitur, à Galeno ἔκφυσις, quaſi productio, ſcilicet ventriculi; ab Herophilo δωδεκαδάκτυλον, quod olim duodecim digitorum tranſverſorum longitudinem æquabat. Hodie verò in noſtris corpuſculis ultra quatuor ſe raro extendit. Incipit in

dextro

dextro latere à Pyloro ſubter ventriculum, & ad circumvolutiones rectà deſcendit. Craſſius eſt reliquis tenuibus; ſed anguſtiori cavitate, ne Chyli tranſidus nimium feſtinet. Venam accipit brevem à trunco venæ portæ, quam inteſtinalem vocamus, arteriam à dextro cæliacæ ramo; & utræq; lineâ rectâ ſecundum inteſtini longitudinem ad jejuni principium, deferuntur. Nullam habet meſeraicam, ſed fine infimo à veſica biliaria porum admittit, qui inteſtinum penetrans, inter duas membranas deorſum uſq; ad ileon repit, ubi membranam interiorem perforans, excrementa humore bilioſo, inficit, & expulſionem adjuvat: ſi verò bilis per meatum cholidocum fluens, exitu prohibita ſit, reſultat in ventriculum & vomitum efficit. Supra pancreas ſitum eſt, ut inteſtinum humore lento humectet.

Secundum νῆστις jejunum dicitur, quia in ſectionibus ſine Chylo reperitur.

ritur. Vacuitatis cauſa triplex eſt, pri-
ma, vicinitas hepatis Chylum exſu-
gentis. Secunda, Magnitudo copi-
que meſeraicarum [lactearum] ve-
narum. Tertia, liquiditas chyli tran-
ſeuntis. Ortus eſt ubi gyri primùm
obſervantur in dextro latere ſub colle
& ſupra umbilicum; in qua regione
totum jacet jejunum. Coloris eſt
vidi, præſertim circa ejus principium
& duodecim palmos longitudine, la-
titudine verò, digitulum (niſi infla-
tum) non, excedit. Terminatur in
ileo, & in ortu ſuo porum habet Cho-
lidocum.

Tertium dicitur ileon ἀπὸ τοῦ εἰ-
λεῖσθαι, à circumvolvendo, quod plu-
rimas habet circumvolutiones, ad
moram chyli utiliorem. Oritur à je-
juno ubi venæ meſeraicæ pauciores
ſunt, & ſub renem dextrum tranſiens
ſurſum aſcendit verſus latus ſini-
ſtrum, & circumagens in cæco deſi-
nit. Situm eſt ſubter umbilicum ad
ilia & coxas utrinque; Et quanquam

jejuno

juno ſit continuatum & ſimilis ſubſtantiæ, tamen Chylo non ſic indiget, nec venis meſeraicis ita abundat. Inteſtinum hoc, in quo excrementa fiunt, viginti duo palmos longitudine propemodum, at unum tantummodo digitum latitudine, æquat. Ileon Sedes eſt iliacæ paſſionis (quæ excrementorum vomitum infert) & frequentiùs delabitur in ſcotum, quod Herniam inteſtinalem producit.

Quartum inteſtinum Ordine, & craſſornm primum, dicitur Cæcum, propter uſum obſcurum, quem habet in adultis, & quia uno tantùm orificio reperitur. Hoc perpuſillum in hominibus, & ad finem ilei, colique initium, proceſſus inſtar vermiformis, acuta fine, propendet. Adnectitur reni dextro, peritonæo, mediante, ſed à meſenterio liberum. Quatuor pollices longitudine, at unum latitudine æquat. Uſus appendiculæ hujus membraneæ eſt, dum fætus in utero manet, ad recipienda iſta excrementa liquida

liquida quæ pluribus menſibus co lectantur, igiturque ab inteſtinorum numero excludenda non eſt. Sed poſtea cùm infans adoleſcit uſus appendiculæ ceſſat, quoniam excrementa quantitate decreſcentia, in cæcum non ſunt adacta, adeo ut latitudine contracta ſit, & reliquis inteſtinis anguſtior.

Quintum inteſtinum ordine, & craſſorum ſecundum dicitur colon ἀπὸ τοῦ κολάζεσθαι, à torquendo, quò in eo Sedes eſt colicæ paſſionis; vel à κωλύω retardo, quia tranſeuntes remoratur fæces. Principium hujus inteſtini, ab Antiquis Cæcum dicti, rotundum eſt inſtar Globi, peram plum & ullâ inteſtini parte capacius. Oritur circa os ilium dextrum, & reni ejuſdem lateris adhæret, inde ſub hepate ſurſum reflectens, interveniente omento, ventriculi fundo, lieni renique ſiniſtro valdè, connectitur, unde facto flexu, in recti principio deſinit. Inteſtinum hoc ſupra tenui

trar

ranſiens figurâ literæ Romanæ S. on diſſimile plurimas habet Cellu-ıs (ad meliorem fæcum elaboratio-em) & ſubſtantiâ cæteris carnoſius ſt. In ejus tranſitu ſub cavitate he-atis veſicam biliariam attingit, cui ım fibris membraneis nonnunquam ectitur, & per quam luteo colore, cpulſionis cauſa, inficitur, qui à bi-tranſudantis parte tenuiori proce-t. Ad coli initium reperitur valvula aſſa membranoſi inſtar circuli, quæ fluxum ſordium & clyſteris aſcen-m in ileum impedit. Valvula hæc rſum ſpectat, quia excrementa ex o in colon aſcenſu, non deſcenſu, ducuntur. Vinculum habet pro-ium, quo cellularum ordo contine-r. Et quia humore rorali pingue-ıis meſenterii deſtitutur, natura ıbrias adipoſas ad humectationem us inteſtini ſparſim circumjecit. ıgulari etiam fruitur ligamento, ɔ ſuperis, inferiſque partibus con-ıgitur. Colon palmas octo vel no-

vem

vem longitudine frequentiùs æqua
& latiſſimum necnon ampliſſimu
eſt omnium, ita ut per magnitudine
ejus flatûs receptaculum fiat, qui h
& genitus & per aerem ab infra r
ceptus eſt.

Ultimum inteſtinum ab extenſi
nis modo Rectum vocatur. Unu
palmum cum dimidio longum eſt
latum tres digitos, corpulentum, cra
ſum ac carnoſum, ut validius foret
expulſionem fæcum, quæ in extrem
tate coli Rectique inteſtini obdura
ſolent. Principium ejus eſt in ſumm
oſſis ſacri, inde deorſum tranſit
extremitatem coccygis, cui periton
interpoſitione, ſubter veſicam in
ris, in mulieribus ſub utero, firm
connectitur. Unde harum partiu
in utroque ſexu conſenſus.

Ad recti finem muſculus figit
orbiculatus, Sphincter dictus, vel
conſtrictor, ab infimis oſſis ſacri p
tibus ortus, ano, carneis tranſv
ſiſque fibris latè circumfuſus,

exc

xcrementa involuntariè delabantur, quæ validè continere, recti proprium ſt, donec irritatâ facultate expel- enda ſint. Præterquam duo alii ſunt nuſculi, lati ac membranoſi, qui ad xtremum hujus inteſtini utroque la- ere deſcendunt, ab oſſium pubis ſa- rique ligamentis exorti, qui ſupra phincterem inſerti, anum ſurſum trahunt poſt excretionem (unde evatores nominantur) & penis radi- em, cui, in viro, in fœminâ vero va- næ uteri, ſeſe conjungunt.

Rectum duplices habet venas. In- rna frequentius oritur â meſenteri- ſiniſtra, quæ ramo ſplenico inter- am conjungitur, unde Hæmorrhoi- s internæ. Altera ab Hypogaſtri- ramo cavæ: Hinc externæ. Arte- e etiam comitantes venas ſunt du- ices: prima, à meſenterica infe- re: ſecunda, ab Hypogaſtrica. His atuor nervuli, ab extremo ſpi- lis medullæ derivati, ſeſe conjun- nt.

Uſus omnium inteſtinorum eſt Chylum recipere, concoquere, diſtribuere, eumq; retinere, ne continua fiat ingeſtio & egeſtio; etiam excrementa tertiæ concoctionis exportare.

CAPUT XIII.

De Meſenterio.

SUb inteſtinis eſt meſenterium quod ſubſtantia eſt partim adipo partim ſpermatica. Μεσέντερον dicitur quoniam ἐν μέσῳ τῶν ἐντέρων locatur. Duplici conſtat membranâ denſa robuſta, ad primam & tertiam lumborum vertebram à peritonæi tunica interiori, exorta. Figura ferè circularis eſt, & innumeras habet venas: tenebrarum inſtar ad arboris radicem, quæ adaugeſcentes in portam tandem illabuntur.

Quod ad venas lacteas quæ per meſenterium diſſeminantur, & in a

que

uem truncum communem reliquaim more non coeunt, videntur poûs radicem & ſundamentum habe: in pancreate; & hinc & illinc diergi. Vaſcula hæc vehunt Chylum l hepar, & venæ meſeraicæ reveunt ſanguinem ad inteſtina nutrieni. Arteriæ etiam infinitæ à cælia propagatæ has venas comitantur, uæ per motum continuum inteſti vitali ſpiritu reficiunt atq; à corptione conſervant. His nervi plus ſeſe jungunt, ab internorum plexu ris ſexti, (qui membranæ inſtar ſe pandentes, arteriarum ramos calo cauſa inveſtiunt) lumborumq; mellâ. Hi nervi cum venis & arteriis centrum meſenterii receptis, per is membranas ad inteſtina diſperntur.

Multis effarcitur glandulis, quan major eſt in Centro; ubi vaſa t collecta atq; diſtributio facta, firmitudinem & diviſionem atq; compreſſionem illorum impedien-

dam, quæ aliter diſtributionem Chy
li ac ſanguinis retardare poſſit; & iſ
atrophiam univerſalem efficit,
quum Scirrhum patiuntur. Int
glandulas copia eſt adipis ad ſpac
implenda, & calorem naturalem f
vendum.

Glanduloſa hæc ſubſtantia, nu
trix medicorum dicta, dividitur
μεσάραιον, quod eſt ea portio meſente
rii quæ tenuia inteſtina in medio ve
tris colligat: & μεσόκωλον, quod col
in dextro & ſiniſtro latere connect
Adnectitur etiam Recto, quod A
pendicula meſenterii nuncupatur.

Uſus ejus eſt, ut ſit vinculu
commune ad inteſtina lumboru
vertebris annectenda; & ut robo
vaſa quæ membranas meſenterii p
currunt.

C.

CAPUT XIV.

De Pancreate.

PAncreas eſt corpus laxum ac glandulofum, ad attenuandum purandumque Chylûm, eumque jecori enique præparandum, antequam ſanguinem convertatur, ultiſſium.

Nectitur primæ lumborum verteræ per membranam omenti. Inteſtio duodeno arctè adhæret, tanquam eo magnam chyli portionem eliciat; d adhæſio ejus lieni non ita firma eſt. onnectitur etiam cum membranis nuibus lobo jecoris fundoq; venculi, ſubter quem mollis inſtar lvinaris ſubjacet.

Chylum ſuſceptum hepati ſubmiſtrat, non per venas ullas à porta ſcendentes aut arterias, ſed per ves lacteas, ſic dictas à colore earum picante, qui in ſectione animantium ntummodo videndus eſt. Sunt longa

& vaſcula rotunda , ex membran[a] tenui producta, à pancreate ſurſu[m] ad jecur, circa locum ubi truncus v[e]-næ portæ deſcendit ; deorſum verò a[d] inteſtina, minutiſſimis propaginib[us] diſperſa.

Lactearum diſtributio (cujus ori-go haud aliunde quam à pancrea[te] rectiùs deducitur) eſt diverſa. e. aliæ ad Meſenterium progrediuntu[r] aliæ ad hepar, aliæq; ad truncum ca[væ] derivantur. Hæ parvulas habent va[l]-vulas quæ chyli ſuſcepti ad inteſti[na] regreſſum impediunt.

Singularis etiam in pancreate can[a]-lis obſervanda eſt, nuperrimè invent[a] quæ longitudinem tranſiens, jejun[o] ad meatûs cholidoci foramen inſer[i]-tur. Oculo magis intento ſpecie[m] venæ repræſentat, & ad excremen[ta] pancreatis, vel lienis potiùs illuc d[e]-ferta, depurganda inſervit; quâ igit[ur] obſtructâ pancreas tumeſcit.

Spongioſa hæc ſubſtantia glandu[lis] eſt plena, ut omnes ſanguinis cru[di-]

po[...]

portiones excipiat quas omentum & meſenterium continere non poſſent; & quia officium lienis agit, ſanguinem tingens eumq; pro hepate depurans, lienis vicarius nuncupatur. Tota quaſi pinguedo in obeſis videtur. In gracilibus rubicunda carniq; ſimillima, ſed ad intra candida chyloq; plena, ut in ſectione animantis apparet; & ſi naturalem conformationem ſervet, quatuor digitis latitudine adæquat. Interdum tamen ita turgida eſt ut comprimat dnodenum & ibi liberum chyli deſcenſum impediat, ita ut vomitum efficiat. Aliquando etiam patitur ſcirrhum, qui vaſa comprimendo conſumptionem producit. Revera (cum meſenterio) plurium morborum Hoſpitium exiſtit. Sedes febrium intermittentium hypochondriacæque melancholiæ, & quaſi Sentina in quam omnes mali humores deferuntur.

Uſus ejus eſt, ramos venæ portæ, & arteriæ cæliacæ, nervorumque diviſiones

ſiones à compreſſione fulcire ac mu-
nire: præſertim ramum ſplenicum, qui lienem ingreditur, Ventriculi etiam concoctionem juvare per vapores humidos, ut in balneo Mariæ.

CAPUT XV.

De Vena Porta.

VEna Porta oritur ex cava jecoris parte inter duas eminentias exiguas, ne à vertebris comprimatur. Hæc vena poſt cavam eſt maxima, figurâ calami inſtar, rotunda ac fiſtuloſa, & ex tunica propria, unaque communi à peritonæo componitur.

Literati hanc venam arbori aſſimilantes meſeraicas cæteraſque infimi ventris radices, & truncum in jecore conſtituunt: ita ut radices per hepatis ſubſtantiam (ſicuti à principio diſtributionis & radicationis) diſpergantur.

Truncus indiviſus emittit venulas dua

duas à parte anteriori ad veſicam bilariam, quæ cyſticæ gemellæ dicuntur; aliam verò venam ad ventriculum, ideoque gaſtrica dextra nuncupatur. Quoad ramos, Superiores per cavam hepatis partem diſſeminantur. Inferiores oriuntur ad latus dextrum & ſiniſtrum.

A latere dextro tres rami ſeu venæ procedunt. Prima, Gaſtroepiploica dextra, quæ ad fundum ventriculi & membranam omenti ſuperiorem pertingit. Secunda, inteſtinalis, quæ ad medium duodeni jejunique initium transfertur. Tertia, meſenterica, quæ in tres venas ſubdiviſa eſt: quarum duæ dextræ meſentericæ dicuntur, & in jejunum, ileon colique portionem abeunt. Altera meſenterica ſiniſtra, quæ cum ramis plurimis in mediam meſenterii partem diſpergitur, & in iſtam coli regionem, quæ à dextro latere ventriculi ad rectum pertingit. Ex hac vena hæmorrhoidalis interna procedit, quæ quan-

quam unica ſit, plurimos habet ramos circa anum diſperſos.

Ex latere ſiniſtro Ramus ſplenicus exoritur, & ab eo plurimæ propagines, aliæ ante, aliæ poſt ejus diviſionem.

Ante diviſionem venæ provenientes ſunt, primo Gaſtrica minor & ſiniſtra, quæ partem ventriculi poſteriorem aggreditur. Secundo Gaſtrica major, quæ ſubter ventriculum ad orificium ejus ſuperius cum tribu repit ramis; quorum medius Coro- narius ſtomachicus dicitur, quia o ventriculi circundat. Tertio epiplo- ca dextra, quæ ad latus dextrum membranæ inferioris omenti, & a colon cui nectitur, attinet. quarto E- piploica poſtica, quæ cum duplici ra- mo in tunicam omenti inferiorem ub colon fixum eſt, tranſit: quinto & u timo Pancreæ ſequuntur venæ, qu (tanquam capilli minores) pancre ineunt.

Poſt diviſionem ex ramo ſuperio

oritur

oritur vena inſignis, vas breve communiter dicta, quæ fundum ventriculi ſiniſtro in latere penetrans, inter tunicas repit verſus orificium, ubi ſuccum melancholicum ad appetitum excitandum, ingurgitat. Nonnulli conjunctionem inter vas breve & phrenicam obſervârunt, quæ ramus eſt cavæ, ita ut hoc modo ſanguis in lienoſis per nares expurgari poſſit. A Ramo inferiori duæ venæ procedunt, prima Epiploica ſiniſtra, quæ ad latus inferioris membranæ omenti ſiniſtrum, tranſit. Secunda Gaſtroepiploica ſiniſtra, quæ cum recta ſe jungit, & ventriculi fundum obit.

Uſus eſt partes à Cava intactas nutrire, & ſanguinem ab hepate ad inteſtina deferre.

CAPUT XVI.

De Arteriis Abdominis.

AOrta à Ventriculo cordis ſiniſtro originem accipiens partitur

in truncum minorem cujus ſedes ſuperior, & majorem cujus inferior exiſtit; ac ad extremitates deſcendit. Aliquibus ejus ramulis vena porta, aliis cava attenditur. Qui comitantur ramos venæ portæ, ſunt tres: Cæliaca arteria, meſenterica ſuperior & inferior.

Cæliaca (ſic dicta quod plurimos ramos ad ventriculum mittat) oritur à parte anteriori aortæ ad ſpinam dorſi, & divitur in ramum dextrum graciliorem; atque ſiniſtrum ampliorem, uterque quaſi ab unico radice oriuntur, & ſub ventriculi regione poſtica venæ portæ in pancreatæ annectuntur.

Dexter ad Hepatis cavum aſcendit, & nonnihil progreſſus, ab altiori parte mittit Gaſtricam dextram, & Cyſticas gemellas; Ab inferiori epiploicam & Gaſtroepiploicam dextram, etiamque inteſtinalem, ad imitationem venæ portæ; in quot enim ramos porta, in tot etiam arteria cælia-

ca

ca, dividitur, quæ tamen pulſum habet à corde, & motum ipſius aliarum arteriarum more ſequitur.

Siniſter vel arteria ſplenica, per pancreas ad lienem tranſit. Dextro major eſt, nè facilè obſtruatur; vitales enim ſpiritus ad lienem defert, etiamq; fæculentam ſanguinis partem aortâ contentam in eum exgurgitat. Arteria hæc, venæ ſplenicæ (in capite præcedenti deſcriptæ) perpetuè conjungitur, & todidem ſortitur ramis, in eodem modo poſitionis, ejuſdemque appellationis, brevitatis igitur cauſâ non repetemus.

Meſenterica ſuperior in ſupernam meſenterii partem diſtribuitur, & arterias meſeraicas in jejuno, ileo, colique portione conficit.

Meſenterica inferior ſub latus infimum meſenterii excurrit, & præſertim in latus coli ſiniſtrum etiamque in Rectum diſpergitur, & cum venis ad anum deſcendens arterias hæmorrhoidales conſtituit. Utræque ab an-

teriori latere aortæ procedunt, ſuperior infra cæliacam, inferior infra ſpermaticam.

Uſus earum eſt, partibus calorem communicare, & motu ſuo vitalique ſpiritu meſenterium cum inteſtinis, à corruptione conſervare.

CAPUT XVII.

De Ventriculo.

VEntriculus Græcè γαστὴρ, dictus, pars infimi ventris organica eſt, quæ cibum aſſumptum, dentiúmque molitione præparatum, in ſuccum albicanti cremori ſimilem convertit, quem chylum priſci nuncuparunt. Triplici conſtat membranâ, quæ extenditur cum cibus recipitur, contrahitur autem cum digeritur.

Exterior ſeu membrana communis quæ oritur à peritonæo, levis eſt, plana ac albicans, & ita firmè adhæret ut vix ſeparari poſſit.

Media

Media quæ originem accipit à pericranio, carnoſior eſt, ut caloris pluſculum poſſideat: Plures fibras habet tranſverſas (& aliquot obliquas) quæ contractæ, quicquid in cavitate ventriculi continetur, per ſingultum expellunt. Fibras etiam circulares accipit circa orificium ſuperius ad eum claudendum, quâ vaporum aſcenſus in cerebrum impeditur, & concoctio acceleratur.

Interior tunica in quam vaſa terminantur, nervoſa eſt, & originem accipit ex membranis cerebri, quæ nervos deſcendentes à tertia quartaque conjugatione ad os ejus comitantur; tunicæ œſophagi, & particularum omnium in ore continuata eſt, (ut nihil ventriculo ingratum recipiatur) quod à flavedine linguæ & oris amaritudine apparet cum ventriculus bile abundat. Triplices habet fibras: rectas, obliquas & tranſverſas; quæ attractioni, retentioni, & expulſioni inſerviunt. Rugoſa eſt hæc tunica,

ut melius dilatari poſſit. Rugas verò habet ob curſtam carnoſam ac mucilaginoſam ſibi ad-hærentem, ut melius ab indigeſtis durioribus defendatur.

Ventriculus inter lienem, cavitatem hepatis, atque inteſtina ſedem obtinet, ut vicinarum partium calore adjutus, cibi concoctionem melius abſolvat. In latere ſiniſtro diaphragma ferè tangit, nimis igitur repletus, motum diaphragmatis impedit, dyſpnæamque parit.

Propria ejus connectio eſt cum œſophago, & inteſtinis, per duo ejus orificia; cum cerebro per nervos; cum jecore & liene per venas; cum corde per arterias; & partibus omnibus naturalibus per membranam ejus communem.

Orificium ſuperius quod ſtomachus dicitur, ad latus ſiniſtrum tendit prope ſpinam: inferiore capacius eſt, ut cibos omnis generis melius recipiat. Sedes eſt appetitûs naturalis, &

ſen-

ſenſus eſt exquiſiti, quia duplici nervo ſtomachico coronatur. In nonnullis ob mærorem ita contractum eſt, ut nihil durum deglutire poſſint.

Orificium inferius quod nuncupatur Pylorus ad latus dextrum inclinat ſub cavitate hepatis. Superiori anguſtius, utraque verò altitudine ſunt æqualia; ne liquida & ſolida alimenta ante coctionem abſolutam elabantur. Hoc intra, circulum habet craſſum inſtar muſculi orbicularis, qui interdum eſt Schirrus, & aperit clauditque impulſu naturæ, non voluntatis. Si laxus ſit anhelitum fœtidum à vaporibus inteſtinorum ſuæque cavitatis efficit. Præter hæc duo orificia in ventriculo, obſervatur fundus ſive pars inferior, carnoſior, quia ibi coquitur alimentum.

Inſtrumentum hoc chylificationis (ſi fuerit ritè conformatum) Sphæricam figuram oblongam refert, & comparatur tibiæ utriculari, præcipuè quando cum duodeno & œſo-

phago

phago conſideratur. Subſtantia nervoſa eſt ac membranoſa: aptior in repletione ad extentionem & in vacuitate ad conſtrictionem. In Guloſis & Heluonibus per continuam repletionem tenuior, & ſic corrugationi inepta, fit: Hinc ventriculi imbecillitas.

Hæc ſunt vaſa, ſex venæ à Porta: ſcilicet, Gaſtrica dextra, Gaſtroepiploica dextra, Gaſtrica minor, Gaſtrica major, unde coronaria ſtomachica, Gaſtroepiploica ſiniſtra, & vas breve. Hæ omnes vehunt ſanguinem ad ventriculum nutriendum.

Arterias omnes venas comitantes (Gaſtricâ minori exceptâ) à cæliaca accipit. Nervos item à ſexto pari; duos ad orificium à recurrentibus, qui os ſuperius obeunt, ac ſi ex ſolis nervis compoſitum eſſet. Hinc ſenſus exquiſitus. A nervo ſiniſtro ramus ad Pylorum tranſit, ubi ſe diffuſus, ad cavitatem jecoris excurrit. Duo alii ſunt qui ad fundum repunt. Alii ab iſtis ſunt qui lieni inſeruntur.

Im

In nonnullis meatus eſt à Veſica biliaria qui bilem in ventriculum transfert. Hinc vomitiones iſtæ navigation bilioſæ.

Uſus eſt cibum & potum recipere atque in chylum convertere.

CAPUT XVIII.

De Hepate.

HEpar ſubſtantiâ ſibi propriâ conſtat & meritò inter partes principales annumeratur, quia cordis ſecunda, poteſtas ejus invenitur. Sedes eſt animæ vegetativæ, venarum ſcaturigo, ſanguinis, ſpirituſque naturalis officina.

Situm eſt in hypochondrio dextro, ſub nothis coſtis, oppletque amplitudine ſuâ totam illam cavitatem uſque ad cartilaginem enſiformem. Aliqui ſub diaphragmate digiti tranſverſi diſtantiâ collocant, ne motum ejus impediat. Nectitur verò ſuperius Septo tranſverſo, mucronatæque pectoris

pto tranſverſo, mucronatæque pectoris cartilagini, per ligamentum validum ac membranoſum. Poſterius lumborum vertebris, peritonæi interventu; inferius abdomini per ligamentum umbilicale cohæret.

Pars ejus ſuperior plana eſt ut diaphragmati cedat, pars verò inferior cava eſt & inæquabilis, ut melius foveat ventriculum, locumque veſicæ bilariæ idoneum conſtituat.

Magnitudo jecoris in homine (quæ digitorum longitudine dignoſcitur) vaſta, figuraque propemodum rotunda. Subſtantia eſt inſtar ſanguinis concreti, rubra & mollis, membranâ tenui à peritonæo obducta; inter quam & parenchyma puſtulæ interdum oriuntur.

Inſtrumentum hoc ſanguificationis (quod Sedes amoris dicitur) fiſſurâ ſingulari venam umbilicalem emittit, quæ in adultis in ligamentum obduratur.

Pars maxima radicum venæ portæ

(quę

(quę nigro colore ſuo) in concavâ hepatis, ſed major pars radicum cavæ (quæ albedine ſuâ dignoſcitur) in convexâ, diſſeminatur; omnes verò per anaſtomoſim commiſcentur, quæ plantarum inſitioni quàm maximè repræſentat, quamvis aliquando cavæ radices extremitates ſuas in medio radicum portæ inſigant, qua ſanguis è radicibus portæ in cavam excurrit, adeò ut hæ radices plexum venarum mirabilem, ob abſolutam ſanguinis & confectionem & perfectionem, conſtituant. Inſignis etiam eſt anaſtomoſis, quæ utriſque truncis eſt tanquam communis tranſitus. Harum venarum anaſtomoſes vel conjunctiones diligentiùs notandæ ſunt, quia per quas tranſit materia peccans, quandò purgationibus habitum corporis evacuamus.

Præterea notantur Surculi meatûs cholidoci inter radices portæ diſperſi, atque Ramuli venarum lactearum qui juxta truncum portæ, cavam Hepatis regionem

regionem ſubeunt. Paucæ etiam arteriæ à cœliaco ramo dextro venas comitantur. Denique duo nervuli unum à ſtomachico, alterum à coſtali, per membranam ejus (non per ſubſtantiam) diſtribuuntur.

Totus fons ſanguinis elaboratur in hepate, ſed unica pars cæteris imperfectior, per venam portam partibus nutritioni corporis ſervientibus diſtribuitur; pars altera venâ cavâ tranſvecta, corde perficitur, ex quâ conficitur arterioſus, qui in omnes partes diſpergitur, deinde in venas tranſmittitur, ut motu circulari ad cor redeat, & fluxu ſuo motum ejus perpetuum tueatur. Revera ſanguis fit arterioſus non ſolùm circulatione generali per canales majores venæ cavæ & aortæ, ſed etiam particulari, quæ fit à dextro cordis ventriculo per medios pulmones, ut ſanguis ad ſiniſtrum cordis ventriculum perveniat.

Uſus hepatis eſt affusâ ſuâ ſubſtantiâ (quæ parenchyma dicitur) vaſa

a ſeparare, ne coaleſcant, ea ſuſtinere & ſuffulcire, caloreque etiam ſuo fovere. Duas habet actiones, unam communem, chylum in ſanguinem convertendi, alteram peculiarem, ſibimet alimentum ſuppeditandi.

CAPUT XIX.

De Veſica Biliaria.

VEſica biliaria κύστις χοληδόχος Græcè dicta, eſt pars diſſimilaris, oblonga, ſubrotunda, pyri figuram exhibens, & concava ad recipiendum bilioſum ſanguinis ſuccum, eumque ad opportunum tempus evacuationis, retinendum.

Situm habet in cava hepatis parte, cui firmè unitur; latus dextrum ventriculi colique tangit, & ſæpe per tranſudationem eis tincturam addit; unde perpetuæ iſtæ ventriculi adustiones.

Sub-

Subſtantia eſt membranea, ut dilatationi adaptetur. Duas habet tunicas, unam externam à peritonæo, quâ pars ejus ſuperior mediaque Hepatii conjungitur, alteram internam, quæ ſibi propria, craſſior eſt ac firmior, motus roboriſque gratiâ, omni fibrarum genere accomodata. Mucoſâ etiam cruſtâ adverſus contenti humoris acrimoniam defenditur, ita ut non amareſcat, nec bili violetur.

Meatus habet in jecore privatos, inter radices cavæ & portæ diffuſos, ex quibus bilem attrahit. Canalis exilis Cyſtica dicta à collo tranſit, cum valvulis ad impediendum bilis refluxum, quæ in poro Cholidocho deſinit, cujus anguſtiâ craſſiora veſiculæ excrementa calculos, aliquando rotundos, quandoque angulares, non nunquam mori colorem figuramque æmulantes, quamvis non admodum duros, ingenerant.

Porus Cholidochus Hepaticus dictus (quo craſſior bilis rectâ dejabitur) veſica

eſicæ canali paulò amplior eſt, & ad
uodeni extremum jejunive initium
ter duas iſtius inteſtini tunicas, in-
ritur. Si porus hic magnitudine ex-
dit, Cholericos effluxus, doloreſque
agnos efficit: quibus, qui laborant,
κρόχολοι κατω nuncupantur. Re-
ritur etiam aliquando meatus
rtius ad fundum ventriculi (Pyloro
ululum ſupereminens) in quem bi-
n effundit, quo laborantes, πικρόχο-
ι ανω dicuntur, quia vomitione ſem-
r inquietantur.

Venas accipit à portâ, arterias exi-
à cæliacâ dextrâ, ſingularem etiam
rvulum à ſexti paris exili propagi-
, jecoris tunicam tranſeunte, vix
nſpicuum.

Uſus eſt bilem recipere, retinere,
ab hæpete expellere.

CAPUT XX.

De Trunco venæ Cavæ Deſcendente.

VEna Cava (cujus rami in Hepate diſperguntur) ampliſſima eſt Corporis vena & omnium aliarum mater, quæ à portâ non proveniunt.

Truncus hic venæ cavæ ab oſſe ſacro uſque ad jugulum ſine interruptione extenditur: Nihilominus (Doctrinæ gratiâ) in ſuperiorem & inferiorem truncum dividitur.

Superior diaphragma penetrans ſurſumque aſcendens ramos per plurimos in omnes partes ſuperiores diſtribuit, de quo (Deo favente) poſtea loquemur.

Inferior ſeu deſcendens ſuperiori anguſtior eſt, quia partes ſupernæ copioſiori ſanguine indigent. Hic ex hepatis gibba ſeu convexa parte prodiens, deorſumque flectens, cùm arte-

is procurrit; & in ejus tranſitu qua-
tuor venas ad utrumque latus ſæpe e-
mittit.

Prima Adipoſa ſiniſtra dicitur, quæ
varios ramos glandulæ, & externæ re-
nis tunicæ diſtribuit. Adipoſa dextra
trunco rariùs ab emulgente ſæpiùs
procedit.

Secunda eſt Emulgens ſic dicta ab
officio. Quia etiam reni inſeritur, Re-
nalis nuncupatur. Maxima eſt quæ à
trunco provenit, denſa ac brevis cum
obliquo deſcenſu, in exortu nunc ge-
mina, nunc triplex, magnitudine pa-
ris. Ad inſertionem reni aliquando in
quinque ramos dividitur, qui Ancho-
ris in Cavitate renis affixis, comparan-
tur. Emulgentes origine ſua rarò di-
rectè opponuntur; ſiniſtra enim altior
est dextrâ, etiamquē ob ortum venæ
ſpermaticæ, amplior. Uſus earum eſt,
ſeroſam humiditatem à ſanguine exu-
gere atque attrahere eamque derivare,
quâ partem ſanguinis ipſius ad renes
nutriendos, exportant; & ad humidi-

tatum iſtarum refluxum in Cavam impediendum, natura valvulas locavit, ſicuti in venis lienis reperitur.

Tertia Spermatica ſeu ſeminalis dicitur, cujus dextra à trunco cavæ, ſiniſtra verò ab emulgente procedit.

Quarta Lumbaris eſt. Duæ aut tres ſunt hujuſmodi, quæ ab infima parte trunci prodeuntes, foramina nervorum inter quatuor lumborum vertebras ingrediuntur, & ſic utrinque ſpinalis medullæ ad cerebrum aſcendunt.

Cum Truncus pervenit ad faſtigium oſſis ſacri, dividitur in duos canales, qui à ſitu, iliaci dicuntur. A his utrinque ad ipſam diviſionem duæ venæ producuntur.

Prima dicitur Muſcula ſuperior, quæ muſculos lumborum abdominis & peritonæum pertranſit.

Secunda dicitur Sacra, quæ ad nutritionem medullæ oſſis ſacri excurrit.

Poſtea canalis iliacus utrinque pr

progreſſu in ramum interiorem & exteriorem deſcendit.

Ab interiori Muſcula media procedit, quæ ad Muſculos femoris, & partes proximas tranſit. Item Hypogaſtrica quæ ad recti muſculos adit, & Hemorrhoidales externas conſtituit; & Altera hujũs rami pars ad veſicam & penem repit, etiamque ad collum uteri.

Ab exteriori, primò Epigaſtrica provenit, quæ peritonæum ac muſculos abdominis aggreditur, & ſubter recto cum mammaria conjungitur. Secundo Pudenda quæ os pubis ad ſcrotum cutemque penis tranſgreditur. In fœminis, ad locum modeſtiæ ac partes vicinas; & hâc ſanguis ad mammas redit. Tertio, Muſcula inferior, quæ in Muſculos & cutem coxendicis diſſeminatur. Poſtea ejus rami crurales nuncupantur.

CAPUT XXI.

De Trunco Aortæ Deſcendente.

TRunci aortæ deſcendentis progreſſus (ex quo omnes partes inferiores vitales ſpiritus à corde procedentes recipiunt) cavæ ſimilitudinem præ ſe fert. Poſtquam enim cæliacam arteriam, meſentericam ſuperiorem, mox emulgentem, Spermaticam, Meſentericam inferiorem, Lumbares (ex quibus duæ arteriæ venas duas ad cerebrum comitantur) muſculam item ſuperiorem, & Sacram, produxit.

Dividitur in duos canales, quorum interior emittit muſculam inferiorem & Hypogaſtricam quæ æqualem venis, paſſum obſervat: Exterior Epigaſtricam atque pudendam. Quod ſuper eſt ad crura deſcendit & arterias crurales conſtituit. Paucæ equidem venæ niſi immediatè ſubter cutem excurrentes, arteriis deſtituuntur.

Trun

Truncus Aortæ, lateri ſiniſtro cavæ ſubjacens, ex membranâ venæ craſſitiem ſexies excedente conficitur, cum reliquis igitur minoribus arteriis ex dilatatione aneuriſma non admittit. Venis etiam albior eſt atque vietior, nec ſanguine tam abundat, ut motui ſe aptiorem præſtet. Et hæc de Trunco Aortæ Cavam comitantis deſcente ſufficiant.

CAPUT XXII.

De Liene.

Lien ſive σπλὴν eſt pars infimi ventris organica, in hypochondrio ſiniſtro locata, rara, arterioſa, ac inſtar ſpongiæ laxa, ut ſuccos craſſos ex hepate melius excipiat.

Nectitur parte convexâ ſepto tranſverſo, coſtiſque nothis, & reni ſiniſtro, Concavâ autem, omento, ventriculo, & pancreati, mediantibus vaſis, communibuſque membranis conjunctitur.

Quoad magnitudinem variat. Cre-
ſcit enim & minuitur ex abundantia
vel defectu humorum qui ibi collii-
guntur. Neque perpetuè reperitur
ejusdem coloris. In fœtu enim rubens
eſt ut hepar: in adultis obſcurus atque
infuſcus, quia non ſubtili, ſed atro
ſanguine nutritur: In Lienoſis vero
varios colores induit juxta humorem
dominantem, Lividum, Cinereũ, &c.

Tunicam accipit tenuem & ſimpli-
cem, ex membranâ omenti immedia-
tè exortam, quæ παρέγχυμα ejus un-
dique complectitur etiamque tuetur,
& in Seneſcentibus Cartilaginis inſtar
ſæpe induratur. Figuram habet oblon-
gam linguæ ſimilem in brutis; ſed in
homine plantam pedis humani potiùs
repræſentat.

Receptaculum hoc ſanguinis fæ-
culenti carnoſam quidem habet ſub-
ſtantiam, jecoris tamen parenchyma-
te omnino laxiorem. Quod latum
ſupra caput eſt. Cauda ejus, quæ in-
fra exiſtit, anguſta. Interiori facie ſi-

nuoſum

nuoſum eſt, ut ventriculo cedat, & concoctionem adjuvet. Gibboſum vero ad coſtas, quibus membraneis fibris connectitur.

Venas habet à ramo ſplenico venæ portæ, quæ capillorum tenuitatem æquant; hæ ad concavam ſplenis terminantur, ita ut nihilo magis, quam fibris craſſo ſanguine obductis, aſſimiletur. Nothum hoc jecur per ramum ſplenicum (qui cavitatem ejus penetrat) partem chymi craſſiorem recipit, ut ſanguinem conficiat partibus, quibus ſplenica ramos ſubminiſtrat: quoniam verò pars aliqua ſucci tam craſſa eſt ut liene attenuari non poſſit, natura igitur duo vaſa receptionis conſtituit, unum ſupra, quod vas breve, alterum infra quod vena hæmorrhoidalis interna dicitur. At humor hic per arterias aliquando purgatus eſt, non ſolum ad inteſtina, ubi excrementa inficit, ſed etiam ad renes per emulgentes: Hinc in affectibus ſplenis urinæ ſæpe nigræ.

Arterias pariter obtinet eaſque in-ſignes à ramo cæliaco ſiniſtro non tantum ad vitam, ſed etiam motu ea-rum perpetuo bonum corporis lieni ſtatum conſervandum, ventilando fovendo, atque calorem ejus natura-lem ſucco fœculento penè oppreſſum reficiendo. Denique fruitur nervuli à ſexti paris ramo coſtali ſiniſtro, ma-gis per tunicam quàm ſubſtantiam di-ſperſis.

Uſus ejus eſt, ut Receptaculum parti ſanguinis craſſiori ſit, confecta & ſegregatæ in hepate, ut ſanguis u-trinque depuratus, ad nutriendum corpus præſertim partes principale purior tranſeat.

CAPUT XXIII.

De Renibus.

R. Enes à Grecis νεφροὶ dicti, ſunt membra organica ad urinam ſanguine ſecernendam dicata. Siti ſunt ſub-

ſub jecore & liene, in cavo inter nothas coſtas & coxam, ubi ſpinæ lumborum muſculis, inter duas peritonæi membranas, ad latera cavæ & aortæ, incumbunt.

Dexter ob magnitudinem jecoris ſiniſtro inferior eſt, uterque vero mediante membrana externa diaphragmati lumbiſque annectitur. Ren dexter cæco inteſtino, quandoque etiam hepati, ſiniſter colo, lienique conjungitur. Per emulgentia etiam vaſa cavæ & Aorte, per ureteres veſicæ per venas, arterias, ac nervos, hepati, cordi, & cerebro, renes connectuntur. Hinc paſſionum iſta diverſitas.

Effigie Phaſeolùm vel Aſari folium exprimunt; exterius curvi, interius inæqualiter cavi, ut vaſa melius recipiant. Eorum magnitudo ſeri evacuati menſuræ reſpondet; quatuor vel quinque digitis tranſverſis, longitudo, latitudo tribus, craſſities duobus æquat, & dextro ſiniſter plerumque minor ac brevior reperitur.

Subſtantiam habent carnoſam, denſam ac ſolidam ne aſſiduâ copioſioris humidi acceſſione, laxiores, debilioreſque reddantur; ubi vero vaſa emulgentia ſeſe extendunt, magis laxa ac inæqualis Videtur. Superficies externa eſt (inſtar hepatis) plana, at in ſanis admodum obſcura, in ægrotis variè colorata.

Præterea incumbit utrinque, Corpus Glanduloſum, quod aliqui glandulam renalem, alii Renem ſuccenturiatum, vel atræ bilis capſulam volunt. Reduntantes hæ renum particulæ tenui ſuccinguntur tunica, & omni generis vaſis accommodantur. Venas & arterias ab emulgente, rene, cava (preſertim dextra, quę ab ipſo trunco venam breviorem, ſed ampliorem ſæpius recipit) adipoſa, aliquando al omnibus hiſce partibus obtinent; nervos etiam ab iiſdem qui renibus communicantur. Magnitudine aliquando inæquales, nucem tamen in ætate provecta vomicam grandiuſculam ſæ

piſſi

piſſimè repræſentant. Longitudo digitis duobus, latitudo, unico menſuratur. Locantur ſub diaphragmate (cui aliquoties arctiſſimè adhærent) ſupra membranam adipoſam ita ut dextra cavæ conjungatur, ſiniſtra verò paulò ſub ventriculo conſpiciatur; quarum uſus non eſt plenè cognitus, atræ vero bilis ab hepate & liene prodeuntis partem contrahere, vulgò creduntur, quæ coaguli inſtar ſeri à ſanguine ſeparationem promoveat, & nervorum plexuum diviſiones confirmare, qui (cum arteriis) ad renis tunicam & ſubſtantiam excurrunt.

Membranæ quibus circundantur renes, duæ ſunt; externa, quæ (cum internâ) originem habet à peritonæo, externa vero (tanquam burſâ) eos involvit, unde renum faſcia nominatur Hæc iis non arctiùs adhæret, ſed facilè ſeparatur; venam recipit adipoſam, & aliquando ramum ab emulgente. Multâ. dipe ex ſuperfluo vaſorum alimento confectâ perfundi-

tur, quæ calorem renum naturalem præſervare, ſeri acrimoniam remittere & pulvinaris inſtar, eos relevare, inſervit. Interna vero ac propria membrana pertenuis eſt, ſine pinguedine & iis fortius coaleſcit, ita ut carnem eorum compactiorem reddat.

Carunculas vero papillares dictas renes obtinent. Conficiuntur ex renis ſubſtantia, carne tamen duriores minuſque coloratæ, acutæ, & glandulis parvulis ſimillimæ ſunt. Ureterum extremitates ſubeunt, & inſtar operculi eos ſuperinducunt, ex quibus tanquam tubulis humor ſeroſus bile tinctus, in cavitatem communem (quæ Pelvis dicitur) percolatur, & ſic per ureteres veſicæ tranſmittitur. Piſi magnitudinem referunt. Numero denæ habentur, quarum varietas ad aquæ percolationem multum conducit. Anguſta habent foramina, quà urina ad ureteres puriùs & abſque ullâ ſanguinis mixturâ pertranſeat. Magnis in Renibus duodecim carunculæ

cum

cum totidem tubulis obſervatæ ſunt.

Interna equidem renis ſtructura mirabilis eſt, ad quam melius ſpectandam in Cavâ artificioſe ſecandus eſt, quâ quidem ſectione ſubſtantia ureteris dilatata ſe præbet aſpectabilem, quæ format Pelvim, in quem, ex ſuperiori parte tanquam à tecto, humor ſeroſus per carunculas prædictas guttatim depluit.

Omne vaſorum genus ad renes immittitur. Primò venæ quæ à cavâ procedunt, quarum una adipoſa eſt, ſuperiùs deſcripta, eſtque duplex; dextra, quæ rariùs à trunco, at ab emulgente, ſiniſtra quæ à cavâ provenit; & hæ tunicam externam pinguedine tingunt. Multis potiuntur ramis, quorum unus ad capſulas atrabilarias tendit, quas ingreſſus conſumitur.

Altera Emulgens eſt, utrinque una, ex trunco cavæ perampla, non ad copioſam nutrimenti ſuppeditationem, ſed ob expeditum ſeri tranſitum; & Renis cavo, interdum gemina,

na, quandoque triplex inſeritur. Rami hi breves ſunt, quorum ſiniſter duplicem dextri longitudinem refert; & dextri inſertio multoties altior videtur. In hiſce emulgentibus quædam reperiuntur valvulæ, quæ ſeri in cavam refluxum impediunt. Hic etiam ramus Azygi unicus, aliquando plurimi uniuntur, ut conſenſus inter renes & thoracem confirmetur.

Arterias habent renes à trunco Aortæ, quæ Emulgentes dicuntur. Peramplæ ſunt, ut magnam ſeri portionem arteriis fluentem meliùs attrahant, & calorem iis indulgeant, qui ſeroſo hoc excremento facile extingueretur. Hæ inter venam & ureterem collocantur, ut motu ſuo ſeroſum in renes ſanguinem intrudant, & ſeri jam colati deſcenſum, accelerent.

Nervos accipiunt à ramo ſexti paris ſtomachico, qui ad vertebrarum lumborum radices deſcendunt, & in propriam renum tunicam ſeſe diffundunt; unde ventriculi renumque

con-

conſenſus. Paucæ etiam Nervorum propagines circa originem arteriarum meſenterii prodeunt, quarum pars una ad capſulas atrabilarias excurrit; Altera verò cum arteriis emulgentibus cavitatem renum ingreditur, & per ſubſtantiam ſuam diſpergitur. Hinc ſenſus iſte exquiſitus.

Uſus renum eſt ſanguinem à majori, humoris ſeroſi & bilioſi parte, depurgare: neceſſe enim eſt aliquam ejus portionem ſanguinem alimentarium ad partes ſolidas, comitari, ut inſtar vehiculi inſerviat, ne aliter denſitate nimiâ offenderet.

CAPUT

CAPUT XXIV.

De Ureteribus.

URereres ſunt nervoſi canaliculi ad urinam renibus ſegregatam recipiendam, & ad veſicam eam deducendam, deſtinati. Numerum frequenter obtinent binarium, utrinque alterum, qui muſculis pſois incumbentes, & parum inclinantes, nonnihil oblique iuſtar literæ ſ. inter duas peritonæi tunicas cui annectuntur deſcendunt, & ſic veſicæ conjunguntur. Aliquando duo, tres, vel plures rami ex rene procedunt, ante inſertionem tamen in unum coeunt. Egreſſus eorum eſt quidem peramplus & longæ inſtar veſiculæ, apparet, quæ interdum calculis adimpletur.

Figuram habent teretem, palmum longam, ſtramen latam. In calculoſis ad magnitudinem tenuis inteſtini extenduntur, in quod calculus deſcendit,

dit, & aliquoties recurrit. In mulieribus lati ſunt, recti & breves, unde dolore virorum minori calculos ejiciunt.

Eorum ſubſtantia eſt propriè alba, ex ſanguis, denſa, & nervoſa, qua firmiores evadunt.

Tunica eorum cum fibris obliquis vulgò traditur unica, in ſectione verò fibræ apparent rectæ, & ſic compactæ ac ſi unam propriam conſtituerent tunicam.

Subſtantiæ veſicæ interiori adſimilant, cui continuantur, à quâ (quamvis à renibus ſeparabiles) nequeunt ſeparari. Aliqui igitur à veſica originem volunt, cujus poſticæ & infimæ Sedi non longè à collo affiguntur, ubi inter duas veſicæ tunicas ad unius digiti, ab alterutris verò ad digitorum duorum latitudinem, excurrunt, & ſic inſertione obliquâ veſicæ cavitatem penetrant, quæ quidem inſertio urinæ in renes refluxum impedit.

Venas & arterias exiles à vicinis par-

partibus obtinent: Nervos verò mi-nutos à plexu nervorum ſexti paris coſtalium quemadmodum & à lumbis. Hinc ſenſus eorum exquiſitus in calculo, vel inſidente, vel tranſeunte.

Præterea connexis lumborum muſculis ſupra quos à renibus ad veſicam procurrunt, nihil impedit quin calculus per ureteres in veſicam dilabens æqualem femori (ac in rene) ſtupefactionem creet.

Uſus eſt ſerum, tanquam per canales, ad veſicam tranſmittere, quod illic urina appellatur.

CAPUT

CAPUT XXV.

De Veſica Urinaria.

VEſica Urinaria eſt pars infimi ventris organica , quæ ſuſce-tum à renibus ſerum conſervat, & andem vel onere vel acrimoniâ mo-ſtum expellit. In hypogaſtrio lo-atur, ubi inter duas peritonæi tuni-as fluctuat eâ in cavitate quæ ab oſſi-us ſacri, coxarum & pubis perficitur.

Pars ejus ſuperior, fundus, per U-achum duaſque arterias umbilicales mbilico connectitur, ne in progreſſu ervici incumbat & excretionem im-ediat. Pars inferior, cervix, in viris nteſtino recto, glanduliſque proſta-is; in fœminis, vaginæ uteri & oſſi-us pubis, alligatur.

Figura oblonga eſt & pyri inſtar onnihil rotunda. Unicam habet ca-itatem, in quâ urina, arenula, & cal-uli, multoties continentur. Cavitas

hæc

hæc decreſcens, in cervice anguſtâ deſinit, quæ ſphinctere, & conſtringente & occludente armatur, nè urina involuntariè excernatur.

Snbſtantia eſt partim carnoſa præſertim in cervice, & partim membranea, ob firmitudinem, aptam extenſionem (quà urina retinetur donec idoneis temporibus evacuetur) & ad ſequentem corrugationem. Maximâ in extenſione veſica nullam præbet urinam, quia fibras ſuas contrahere non poteſt.

Triplicem habet membranam, unam communem, duaſque proprias; externam à peritonęo validam ac denſam circa quam externè pinguedo abundat. Tunicę duę proprię conjunctę, ſi coarctentur, denſiores, ſi autem diſtendantur, tenuiores evadunt. Harum interior pellucida eſt, alba, tenuis, nervoſa, ſenſus exquiſiti ad fundum lubrica, & lęvis, humoreque mucoſo obducta.

Fibris omne genus arcte intertexi-

tur,

ır, rectis, obliquis, & tranſverſis, quę tractioni, retentioni, expulſionique ſerviunt. Tunica hæc (quę ſi paım ſufflata, facilè ſeparabilis) ad ındum, rugis plena, ac mucoſa eſt, e ex acrimonia urinæ lædatur, media enſior eſt, & fibris carnoſis (non ruris, ut muſculorum, ſed nonnihil bis, ut ventriculi & inteſtinorum) pergitur.

Tria habet foramina, duo juxta rvicem, quâ intrant ureteres, terum in cervice, quod os pubis, & ſubantiam penis ſubeunt, communem tum canalem, conſtituit.

In viris venas & arterias ab hypoſtricis obtinet, in fœminis verò à ıſis ad uteri collum advenientibus. ervorum unum à ſexto pari, alteım à ſpinalis medullâ accipit.

Uſus eſt urinam accipere, quæ gratim à renibus percolatur, & ab ureribus devehitur, etiamque per conictionem meatus ad opportunum cretionis tempus, eam retinere. Et hæc

CAPUT XXVI.

De Vaſis ſemen præparantibus.

VAſa præparantia à Galeno παρασκευάστικα dicta, ſunt venæ duæ, totidemque arteriæ. Venarum dextra oritur à trunco cavæ ad partem anteriorem paulò infra emulgenti initium, ut puriorem ſanguinem & magis concoctum præbeat. Siniſtra cavæ ramum aliquando conjunctum habens, ab inferiori emulgentis ſiniſtræ parte exoritur, ideoque ſangui ab ea devectus, eo ſpermaticæ dextra magis ſeroſus eſt.

Arteriæ venis ampliores, ex aortæ medio cum puriori ſanguine, ac ſpiritu oriuntur. Spermatica dextra truncum cavæ ſupergrediens curſu obliquo ad venam tranſit ſeminariam. Siniſtra venam lateris ſui arctiſſimè comitatur, cujus defectum vena ſiniſtra duplici compenſat magnitudine. Ar-

te-

riæ utræque rarò deficiunt. Tunc
nim ſequitur ſterilitas, quia ſpiritus
tales non effluunt.

Vena dextra cum arteriâ, & ſiniſtra
m ſuâ paulatim diviſa, peritonæo
cumbunt, & deſcendentes, anne-
untur fibroſis ligamentis, & ſupra
eterem obliquè obductæ, multi-
ici ſuo plexu ad introitum produ-
ionis, corpus pyramidale dictum
ormant, quoniam ex anguſto prin-
io in latiorem veluti baſin ſe expli-
t. Quo facto, duas formant inſer-
nes (hordei grano diſtantes) in al-
gineam, & ſic orificiis variis in te-
s ſubſtantiam ubi deſinunt.

Præterea obſervatum eſt quod ve-
ſpermatica ſanguinem uſque ad al-
gineam devehit, ſed ab arteriâ in
dio productionis incipit albeſcere:
ut arteriæ ſemini marteriam, & ve-
teſtibus tuniciſque nutrimentum,
ibus diſperguntur, adminiſtrare vi-
ntur.

Vaſa hæc generationis præparan-

tia in fœminis breviora ſunt. Eorum autem brevitas multiplicibus compen ſatur flexibus ad meliorem ſeminii concoctionem. Nec ad teſtes (ut in viris) totaliter adeunt, at in mediâ via dividuntur, ita ut pars una ad teſtes; altera ad uteri fundum tranſeat.

CAPUT XXVII.

De Epididymidibus.

EPididymides ſunt corpora glan dulofa, exigua & albicantia, à py ramidalibus per continuationem ex orta, communique vaſorum ſperma ticorum tunicâ obvoluta.

Siti ſunt extra abdomen in ſcroto ſupra teſtes, quibus naturâ uſuque aſ ſimilantur. Eorum capiti & fundo al ligantur, at in medio disjunguntur ita ut extremitas una Præparantia va ſa recipiat, (non autem in capite teſt ut Aliqui volunt, illorum enim inſer tio in corpore ejus aparet) altera ver emittat.

Ex

Exuberantia hæc in libidinoſis teſtium referunt magnitudinem. Superficies membranea eſt atque nervoſa, intus verò ſpongioſa, ac ſi multis parvulis conſiſterent glandulis.

Uſus eorum eſt ſanguini in vaſis præparantibus, & pyramidalium capreolis, nonnihil alteranti, ſeminis rudimentum exhibere, & ad teſtes ſupremæ perfectionis cauſâ transferre.

Epididymidibus conjuncti ſunt paraſtatę variciformes, corpora nervoſa, duriuſcula, varicum inſtar ad meliorem ſeminis elaborationem inflexa. Ab his quicquid vaſorum in abdomen ſubvehitur, & ad veſicam reflectitur, deferentium nomen agnoſcit.

Circa mulierum teſticulos nec Epididymides nec paraſtatę variciformes inveniuntur; quia ſemen muliebre digeſtione tàm exquiſitâ non indiget.

CAPUT XXVIII.

De Teſtibus.

TEſtes ſeu Teſticuli ſunt corpora mollia, alba ac glanduloſa, ad penis radicem ſita, ſeminis & receptioni & perfectioni, per virtutem ſubſtantiæ ſuæ communicabilem, deſtinata.

Figurâ propemodum ovales ſunt: tum ſecuritatis, tum etiam capacitatis gratiâ. Eorum magnitudo ab aliquibus ovi columbini vel Gallinulæ molii comparatur; Maximi pejores ſunt, utpotê cerebrum infirmius indicantes, Laxiores colorem debilem, necnòn aliqualem morbum arguunt.

Propendent in viris extra abdomen, ut in Venerem minori ferantur impetu, & ductus longitudine materia ſeminalis melius perficiatur, cui teſtes fœcunditatem aſpirant. Quomodo corpus calefaciunt in caſtratis apparet, quorum craſis, habitus, & mores

res (ob magnum ſuperiorum partium præſertim cordis conſenſum, cùm hiſce generativis) omnino alterantur. Eorum verò calor reſpectu dextri lateris vel ſiniſtri non eſt diſputandus, cùm arteriæ utræque ſemen deferentes ab Aortâ procedant.

Quamvis parenchyma teſtium ob ſpecificam proprietatem ſit cauſa ſeminis efficiens, nihilominus ſemen non perficitur in ullâ cavitate, ſed in vaſis parvulis illic compactis, pertenuique tunicâ obvolutis.

Membranæ quinque teſtes involvunt, duæ communes, tres propriæ. Prima communis membrana ὄσχεον, vel ſcrotum appellata, mollis eſt, ac rugoſa, adipeque deſtituta, quia nihil oleoſi è teſtium alimento reſtat; è cuticulâ & cute formatur, lineáque intermediâ tanquam ſuturâ dividitur. Secunda Dartos dicta, valdè tenuis eſt, quamvis à pannicula carnoſa producta; Cuti hæc arctè connectitur, & cum ea corrugatur.

Prima membrana propria dicitur Elytroides, id eſt, vaginalis, à peritonæi productione exorta. Secunda (carnoſis fibris donata) Erythroides, rubra vocatur. Ultima albuginea eſt, craſſa & valida, quæ ex tunica vaſorum ſpermaticorum orta, teſtis ſubſtantiam immediatè involvit, ad meliorem mollis ſuæ, laxæque medullæ obfirmationem, quæ Cerebri inſtar cum gyris apparet.

Teſtes præterea muſculos ſuſcipiunt exiles (utrinque ſcilicet unum) qui ab officio Cremaſteres, ſive Suſpenſores dicuntur. Ex obliquis proveniunt aſcendentibus, & ſic intra vaſa, ad caput teſtium decurrunt. Hiſce in muſculis pendent teſtes, ne vaſa ſpermatica onerarent. Et in coitu eos ſurſum trahunt, quo ex canali ſeminaria contracta, ſemen citiùs ac faciliùs effluat.

Venas & arterias obtinent exiles à ſpermaticis, in eos elegantiſſimè diſperſas: Nervulos à ramo ſexti paris

interno,

nterno, & à viceſimo primo pari ſpi-
ıalis medullæ.

Uſus eſt virtute ſua innata, ſor-
nam, colorem, vim, & calorem ſemi-
ıi prolificam communicare, quod
piritu ſufficientur imprægnatum ge-
ıerativo, in vaſa deferentia tranſmit-
unt quæ poſtea ad veſiculas ſemina-
ias illud deportant.

Prima hæc generationis inſtrumen-
a (ob excellentiam, cordi ſimilia) in
œminis unicam tantummodo habent
nembranam ſeſe obtegentem, quippe
ecreto & ſecuro loco contenta, pluri-
ıus non indigeant. Minora etiam,
ıuàm in viris, ſunt, etſi humiditatis
permaticæ pleniora; nec eorum ſub-
tantia adeò compacta ſit, cùm ſemen
mperfectius ingenerare, ordinentur.

CAPUT XXIX.

De Vaſis ſemen deferentibus.

A Paraſtatis proveniunt vaſa deferentia, ſic dicta, quia ſemen à teſtibus corporibuſque varicoſis ad veſiculas ſeminarias & proſtatas deferunt.

Eorum ſubſtantia nervoſa eſt, alba ac ſolida. Figuram habent teretem & longam: Cavitatem obſcuram (niſi in Gonorrhæâ diu laborantibus) cum ſemen ratione ſpirituum facilè pertranſeat.

Situs eorum eſt partim extra abdomen, & partim intra. Nam ſurſum feruntur per productiones peritonæi ſupra os pubis (ſed in tranſitu ſuo vaſis nectuntur præparantibus) unde deorſum reflexa, deſerunt præparantia, ut ſuper ureteres, ut ſub parte poſteriori veſicæ ad collum ejus itinerentur, ubi utrinque dilata veſiculas

ſemi-

eminarias efficiunt. Poſtquam hæ ellulæ formantur, vaſa hæc ſimul oc-urrunt, conſtituuntque iſta ſeminis eceptacula quæ dicuntur Proſtatæ, n quos conſumuntur.

Reverâ (ſecundum Anatomicos) Triplex materia ſeminalis eſt, una uriſſima, quæ generatur & conſer-atur in teſticulis: Altera ſuperflua c excrementitia, utilis tamen ad for-nationem fœtus, quæ à teſtibus ad eſiculas ſeminarias truditur, ubi ad pportunum ejectionis tempus aſſer-atur. Tertia materia (quæ ab aliqui-us à Proſtatis, aliis verò à veſiculis utatur effluere) oleaginoſa eſt, quæ enſim extillando urethram hume-tat, nè urinâ vel ſemine lædatur.

Uſus deferentium eſt ſemen de-ortare, quod elaboratur in paraſta-is, & perficitur in teſticulis, ad pro-atas; ubi vas dextrum ſiniſtro con-ungitur, ut ſemen utriuſque teſtis ſi-nul deferatur, & ſic in uterum per enitale membrum ejiciatur. Meatus

hi ſeminales etſi in fœminis breviores, magis verò rugoſi & flexibus pleniores inveniuntur.

CAPUT XXX.

De Proſtatis.

POſt vaſa deferentia ſequuntur ejaculatoria ſeu Proſtatæ glanduloſi. Corpora ſunt duo carnoſa firmiter unita, membranâque denſâ ac validâ ſuccincta, ne raritate ſemen elabatur. Tunica hæc poris impletur obſcuris, qui compreſſi apparent; iis enim materia ſeminalis granorum inſtar extruditur (ſicuti Hydrargyrum per corium in eo deligatum atque compreſſum tranſire vidimus) Hinc etiam in coitu magna ſequitur voluptas; quia ſenſus membranæ exquiſitus leni dulcique tranſeuntis ſeminis acrimoniâ titillatur.

Hæ Glandulæ (in fœminis ob tenuitatem ſeminis non adeò conſpi-

(cuæ

uæ) ad collum veſicæ locantur, pe-
iſque radicem, ubi deferentia unita
uctum communem conſtituunt.

Subſtantia eorum ſpongioſa eſt, ihilominus tamen duriuſcula, & cæ-
eris glandulis albidior. Ampliores tiam hæ ſunt (quandoque juglandis nſtar formâ & magnitudine) quia ſe-
nine fœtus procreationi multiplicis ufficiente imbuuntur.

In Proſtatis Sedes eſt Gonorrheæ irulentæ: quâ intempeſtivè ſuppreſ-
ſâ, virulentia toti corpori communi-
atur, vel ad teſtes refluit, ibique tu-
morem efficit.

Uſus eorum eſt ſemen recipere, & d coitus ſuturos retinere, eique per-
fectionem ultimam conferre, quo-
niam in his craſſius albidiuſque appa-
ret. Et jam ſemen ob copiam vel qua-
litatem moleſtans, in urethram ſeu ca-
nalem virilis membri communem, ejiciunt.

CAPUT. XXXI.

De Pene.

PEnis ſic dictus à pendendo, eſt pars organica, prælonga omnimodèque (niſi in Glande) fiſtuloſa, Semen in Cavitatem uteri intimam projicere ordinata.

Conſtat communiter cute, & membranâ carnoſa; nullâ tamen interſuſâ pinguedine, nè membri motus retardetur, & ſenſus voluptatis in coitu obtundatur.

Propriè verò conſtruitur è duobus corporibus nervoſis, urethrâ & glande.

Duo Corpora nervoſa, utrinque unum, maximam penis partem conſtituunt. Subſtantia eorum eſt duplex, prima exterior, quæ denſa, dura & nervoſa; altera interior fungoſa, nigricans

nigricans & atro ſanguine reſperſa, ut in coitu ſe extendere & flacceſcere poſſit; venas & arterias perplurimas obtinet, ut calore & ſpiritu repleatur. Hæc corpora infra in perinæo disjuncta, ex inferioribus oſſium coxendicis partibus oriuntur, tanquam à ſtabili fundamento, & in progreſſu ſuo urethram habent interjectam: Ad os pubis conjuncta, corpus pendulum conſtituunt glande terminatum.

Prædicta etiam corpora moventur duobus muſculis, quorum uſus eſt erigere, flectere, & ſuſtinere in congreſſu; valdè breves ſunt at craſſi & robuſti à nervoſo coxendicis principio deducti.

Urethra (quæ Anatomicis quibuſdam eſt ſubſtantia veſicæ ad extremitatem penis extenſa) duabus componitur membranis: quarum interna tenuior, ſenſuſque exquiſiti. Externa denſior eſt, fibriſque tranſ-

verſis, motus, roboriſque gratiâ, inſtructa. In hujus canalis principio, caruncula inſtar valvulæ ſe offert carnoſa, quæ vel à Cathetere diſrupta, vel acrioris fluxu humoris eroſa, incurabilem producit Gonorrhæam.

Urethra duos obtinet muſculos, longiores quidem ſed graciliores, à ſphinctere inteſtini recti exortos, quorum uſus eſt inferiorem canalis partem dilatare in mictione & coitu, & proſtatas comprimere. Ad latera feruntur urinarii ductus, & ſic in medio inſertionem faciunt.

Summitas penis dicitur Glans, quæ ſubſtantiam habet carnoſam, mollem ac ſpongioſam, undique membranâ tenui obvolutam. Ad Glandis radicem ubi cum nervoſis corporibus jungitur, Cavernula apparet, in quâ aliquando humor erodens collectus magnum (ut in gonorrhæâ

norrhæâ virulentâ) efficit dolorem. Aliud etiam habet integumentum è cutis duplicaturâ confectum, quod vocatur Præputium à putando (à Judæis enim & Mahometanis religionis cauſâ reſecatur, undè Apellæ & recutiti audiunt. Hi igitur tantam fœminis in congreſſu voluptatem præbere non poſſunt, nam in coitu ſurſum & deorſum movetur præputium, ut hac in attritione majorem calorem acquirat, & voluptatem fœmineam adaugeat, ideoque mulieres ſocietate Chriſtianorum carnali magis delectantur) & alligatur glandi per vinculum, quod Frænulum appellant: Extenditur inferiori parte uſque ad glandis orificium in juvenibus, qui cum arcta virgine Venerem non exercuerunt.

Vaſa inſignia peni communicantur, venæ & arteriæ ab hypogaſtricis & pudendis; quorum hæ cuti externâ, illæ corporibus nervoſis diſtri-

diſtribuuntur. Nervi quos recipit (tam externi & cutanei, quam interni) à medullâ oſſis ſacri proveniunt.

Finis Sectionis Primæ.

IN-

INDEX
Capitum in hac prima Sectione Contentorum.

Cap. I. DE Diviſione Corporis humani in genere. pag. 9
I. De Diviſione ventris inferioris. 11
II. De Cuticula. 14
V. De Cute. 16
V. De Membrana Adipoſa. 18
VI. De Membrana Carnoſa. 20
VII. De Membrana communi Muſculorum. 22
VIII. De Muſculis ventris inferioris. 23
X. De Peritonæo. 32
X. De Vaſis umbilicalibus. 35
XI. De Omento. 37
XII. De Inteſtinis. 39
XIII. De Meſenterio. 50
XIV. De Pancreate. 53
XV. De Vena Porta. 56
XVI. De Arteriis Abdominis. 59
XVII. De Ventriculo. 62
XVIII.

XVIII. De Hepate. 67
XIX. De Veſica Biliaria. 71
XX. De Trunco Venæ cavæ deſcendente. 74
XXI. De Trunco Aortæ deſcendente. 78
XXII. De Liene. 79
XXIII. De Renibus. 82
XXIV. De Ureteribus. 90
XXV. De Veſica urinaria. 93
XXVI. De Vaſis ſemen præparantibus. 96
XXVII. De Epididymidibus. 98
XXVIII. De Teſtibus. 100
XXIX. De Vaſis ſemen deferentibus. 104
XXX. De Proſtatis. 106
XXXI. De Pene. 108

EXERCITATIONES
ANATOMICÆ,

In

Varias Regiones Humani Corporis, Partium Structuram atque uſum oſtendentes:

Recentium Medicorum Chyrurgorum, necnon Pharmacopolarum, in uſum Divulgatæ

à

ROBERTO BAYFIELD
Medico.

LONDINI,

Anno Dom. M. DC. LXVIII.

Illuſtri & verè Generoſo
VIRO,
Do. JOANNI REPPS
Armigero,
Et
In comitatu Norff. Pacis Juſticiario, Amantiſſimus ipſius Cognatus & devotiſſimus ſervus, Opuſculum hoc, exercitationes anatomicas ſpectans duaſque Sectiones continens, in obſervantiæ τεκμήριον Dedicat. R. B.

Lectori Benevolo S.

POëtæ Apollinem ſuum ſemel in anno ridentem finxerunt. Quæ quidem conſuetudo in Aſtrologorum ſcripta deſcendit. Quod illos, ex revolutione ſolis, me, forſan à circulatione ſanguinis, vel potiùs humorum refluxu, idem agentem existimabis. Non multis enim hinc retrò menſibus, anatomicas haſce exercitationes aggreſſus ſum, methodo quidem analyticâ ab infimo humani corporis ventre incipiens, & ſic ad medium progreßus, ad ſupremum uſque denuò aſcenſurus. Monſtrum in Medicis pariter ac naturalibus, ex defectu, prout ex exceſſu, oritur; & Fabricator ineptus eſt, qui dum fundamenta jacet operi ſuo coronidem imponere nequit. E revera, qui primi tractatûs finem accuratiùs intuetur, de reliquorum ortu certam poteſt capere conjecturam; ex efficaci enim hoc ſeminê non niſi numeroſ

pr

proles oritura eſt. Tandem igitur totam hominis ſtructuram, omneſque naturæ partes ſummâ cum induſtriâ elaboravi, mirabilem cujus ſpectantes fabricam, variaque tam graphicè deſcripta lineamenta, ſummâ exclamemus veritate, Quam ſtupenda hæc efformatio, quam planè incredibilia potentiæ ſapientiæque opera, à ſupremo cæli terræque numine, oſtenſa ac indicata! Ad hujus thematis complementum, nil materiale tranſilivi, at totum maximâ cum brevitate, nec non perſpicuitate, contexui; adeo ut pleniſſimum anatomiæ corpus, ab Authoribus quamplurimis prolixitate nimiâ productum, habeas contractum, & (tanquam Homeri Iliadas) in nuce tibi exhibitum, ut breve hoc enchiridion, permagnis eorum voluminibus index evadat, in quo diffuſorum operum (tanquam in mappâ) ſummam videas comprehenſam. Prioris acceptatio, poſtremas haſce ſectiones à me extorſit, quibus tandem perfectis, in medi-

cam hanc arenam non ulteriùs deſcendere, deſtinavi; ſed aliis partes ſuas in hâc ſcenâ agendas, locum cedere, dum ego peragratus hanc peripheriam, in centro quietis acquieſcam. Plura præfationis ergò ſuperaddere non oportet, nec nimis hæream in cortice; Candori igitur tuo labores hoſce relinquo, ut inſtituto meo, & expectationi tuæ reſpondeant, ex animo vovens: quâ quidem optione me ſemper tui devotiſſimum expectes.

R. B.

EXER-

EXERCITATIONES ANATOMICÆ,

SEU

ectio ſecunda, de ſtructurâ, atque uſu partium, ad ventrem medium pertinentium.

CAPUT I.

De Thorace.

VEnter infimus & quas in ipſo aut circa ipſum natura partes diſpoſuit, ita ſe habent. Proximè ſequi-ur medius ſeu Thorax, ſic dictus à ρεῖν, id eſt, ſalire, ob motum cor-is pulmonumque perpetuum ibi nſibilem.

Cavitas hæc media (inter ſupre-mam & infimam regionem, ad diſtri-butionem vitæ caloriſque aptiorem collocata) his terminis circumſcribi-tur, infernè Septo tranſverſo; ſu-pernè claviculis; parte anticâ Sterno; poſticâ duodecem vertebris; dextrâ & ſiniſtrâ veris ac nothis coſtis, va-riiſque muſculis. Quicquid à jugu-lis ad mucronatam cartilaginem & diaphragma extenditur, totum id thoracis nomen complectitur.

Optimus Thorax conformatus fi-guram refert ovalem, pectus enim ta-bulatum, parte anteriori depreſſum tabem futuram denotat.

Subſtantia ejus non tota oſſea quemadmodùm calvaria; tunc enim reſpirationem impediret; nec tota carnea ſicuti venter inferior ne partes omnes permiſtim coincidant, quod ſuffocationem efficiant. Natura igi-tur partim oſſeam & partim carneam fabricavit, ita ut per oſſa amplitudo

æqua-

æqualis, & per muſculos liber motus, conſervetur.

Motus equidem thoracis eſt neceſſarius, ut in ejus dilatatione, aër ad pulmonem attractus, cor, cujus calor permagnus eſt, reficiat, & in ejus contractione vapores fuliginoſi expellantur.

Thoracis partes aliæ ſunt continentes, aliæ contentæ. Continentium quædam communes, quædam propriæ. Communes, quinque ſunt, in Capite ſecundo (de ventris infimi anatome) explicatæ. Propriæ, vel duræ ſunt, ut oſſa & Cartilagines; vel molles & Carneæ, ut muſculi & mammæ, aut membraneæ, ut mediaſtinum & pleura. Contentæ, ſunt inſtrumenta omnia ad vitam & reſpirationem pertinentia, ut cor, Pulmo eorumque vaſa.

CAPUT II.
De Mammis.

QUanquam tegumenta corporis univerſalia ad partes medii ventris externas communiter pertinent, membrana tamen adipoſa & carnoſa hoc in thorace habent peculiare quod admittant mammillas quæ in viris conſtant ex cute & adipe ac ſupra muſculum pectoralem affiguntur.

Particulæ hæ thoracis, ad pulchritudinem & cordis tutelam viris donatæ, in iis non multum aſſurgunt, quia eorum mammæ fere glandulis carent: (in nonnullis verò qui carnem habent ſpiſſam humiditas quædam inſtar lactis inepta tamen nutrimini reperitur) Quùm mammæ mulierum multas habent glandulas inter quas vaſa ſunt infinita plexibus quam-plurimis contexta, ut ſanguis in venis ac arteriis perfectus, & à mammis recep-

receptus, in hiſce plexibus per corpora glandulośa in lac converteretur.

In medio mammillæ cernitur peculiaris ſubſtantia, quæ papilla dicitur, Spongioſa, perſorata, & penis glandi reſpondens, unde ex contactu flacceſcere & erigi poteſt. Circulus papillarum circumjectus Areola nuncupatur.

Venas recipiunt externas à ramo axillari; & internas à ſubclavio, pro earum nutrimento: & arterias ad vitalem calorem iis ſuppeditandum: nervos etiam à coſtali pro ſenſu earum exquiſito.

CAPUT III.

De Muſculis medii ventris.

PRoximo loco veniemus ad muſculos ventris medii, quorum alii ſupra coſtas, quibus affixi, alii inter eas locati; omnes tamen non tan-

tùm thoraci, quamvis ab eo oriantur, ſed aliis partibus ut brachiis, ſcapulis & dorſo, inſerviunt. Qui movent thoracem vel externi vel interni ſunt. Externi vel parte anteriori vel poſteriori locantur.

In anteriori utrinque ſunt tres.

Primus pectoralis dicitur muſculus, quod parti thoracis anteriori inſideat. Oritur hic à clavicula media, ſterno, cartilaginibus item ſextæ, ſeptimæ, & octavæ coſtæ, carnoſo ac lato principio, dein forti & quaſi reduplicato tendine inter deltoidem & bicipitem muſculum, oſſi humeri inſeritur. Uſus eſt, brachium pectori admouere, prout fibræ diſpares diriguntur.

Pectoralis equidem hic muſculus variis donatur fibris, aliquibus deorſum obliquè à ſuprà, aliis ſurſum obliquè ab infra, procurrentibus; adeò ut paulo antequam muſculus tendinem producit, fibræ hæ decuſſatio-

ſatione alterutras interſecare videantur, omnes verò in unum angulum concurrentes ad tendinem efformandum. Fibrarum hæc varietas motus efficit abſimiles quos muſculus hic perficit.

Secundus à formâ Serratus major nuncupatur, hic ex interiore ſcapularum baſi enatus, in ſex aut Septem ſuperiores coſtas ſerratim implantatur. Uſus eſt, in motibus violentis octo coſtas exterius attrahere, & ſic thoracem dilatare.

Tertius Serratus minor appellatus ſub muſculo pectorali deliteſcit. Oritur ex coſtis quatuor ſupernis, exceptâ primâ, & cum tendine partim carnoſo, partim nervoſo ad proceſſum coracoideum terminatur. Uſus eſt, omoplatam ad pectus antrorſum adducere.

In poſteriori decem utrinque exiſtunt.

Primus dicitur Trapeſius ab aliis

Cucullaris, quod monachi cucullam referat. Principium ſumit ab occipitio, ab omnibus colli ſpinis & octo ſuperioribus thoracis; & in totam omoplatæ ſpinam & baſin propè totam inſeritur. Varios edit motus pro ratione originis directioneque fibrarum, ſcapulam enim ſurſum, deorſum, obliquè & rectà ad dorſum movet.

Secundus, Latiſſimus dictus à vertebrarum ſpinæ apicibus enatus, inter pectoralem rotundumque muſculum inſertionem obtinuit. Triangularem habet figuram & aliquid omoplatæ motui contribuit.

Tertius Levator eſt muſculus ſupra claviculam ſitus. Hic à tranſverſis quinque apophyſibus vertebrarum colli enatus, implantatur in angulum ſuperiorem omoplatæ quam ſurſum & antrorſum movet.

Quartus, ſub cucullari ſitus, à figura dicitur Rhomboides, qui à tribus

bus ſpinis infernis colli, & totidem ſupernis thoracis, ad baſin fertur omoplatæ, quam retrorſum & nonnihil obliquè ſurſum agit.

Quintus, Serratus poſticus ſuperior dictus ſub Rhomboide in dorſo inter utramque ſcapulam deliteſcit. Hic à ſpinis tribus inferioribus Colli & primâ pectoris enatus, obliquè in tres coſtas ſuperiores (quas ſurſum trahit) tripartitus inſeritur.

Sextus, Serratus poſticus inferior nuncupatus in medio dorſi ſub latiſſimo muſculo ſedem obtinet. Oritur membraneus & latus à ſpinis tribus inferioribus dorſi, & ad coſtarum inferiorum quatuor intervalla digitatim implantatur. Uſus eſt, partem thoracis infimam dilatare.

Septimus dicitur Sacrolumbus qui ab oſſis ſacri poſteriori parte, & lumborum ſpinis enatus, coſtis inferioribus inſeritur. Motui pectoris & dorſi aliquid contribuit, & à longiſ-

ſimo

ſimo muſculo qui thoracem & lumbos extendit, vix ſeparari poſſit.

Octavus, Semi-ſpinatus appellatur quia uſque ad medium corporis ſui, originem à ſpinis oſſis ſacri & lumborum accipit. Hic cum fibris ſuis obliquis, à ſpinis omnibus prædictis, ad apophyſes lumborum pectoriſque tranſverſas, aſcendit. Uſus eſt, thoracem erigere.

Nonus à figurâ dicitur ſplenius, qui à ſpinis vertebrarum thoracis ſuperiorum eductus, implantatur in occipitium. Uſus eſt, cum ſocio elaborat, caput rectà retrorſum trahere.

Ultimus vocatur complexus, quia ex tribus muſculis conſtare videtur. Hic adjuvat ſplenium, & ab earundem tranſverſis apophyſibus prodiens, occipiti inſeritur.

Adſunt præterea intercoſtales muſculi utrinque vigenti duo. Ex his undecim externi ſunt totidemque inter-

interni, obliquatis fibrarum ductibus ſe invicem diſtinguentes.

Externi muſculi, à ſuperioris coſtæ inferno margine protenſi, in coſtæ inferioris ſupernum deſinunt: incipiunt enim à tranſverſis vertebrarum proceſſibus quibus coſtæ affiguntur, & cum fibris antrorſum obliquis per totum coſtarum curſum ad cartilagines adeunt (ſpatia verò intercartilaginea, prout interni, non implent) atque ſterno adjunguntur. Hi propter arctuoſitatem ſpatii tendinibus carent.

Interni, ab inferioris coſtæ ſupernâ parte prodeuntes, in coſtæ ſuperioris infernâ terminantur. Fibras habent externis contrarias ſeſe in modum X interſecantes. Incipiunt hi à parte coſtarum inflexâ, & cum fibris obliquis aſcendentibus, procurrentes, opplent non modo oſſium ſed & cartilaginum ſpatia interiecta, & ſic ad oſſa ſterni abducuntur.

Muſculi

Muſculi intercoſtales & dilatationi & contractioni inſerviunt; ex accidenti verò, tanquam ligamenta carnoſa, coſtas annectentia: Cum enim coſtæ inferiores propriis pectoris muſculis deducuntur & dilatantur, aut ſuperiores eis elevantur, mediæ motum neceſſariò ſequuntur, quem (deficientibus propriis thoracis muſculis) perficere non poſſent, illorum motus verò non penitùs compellitur, at tantum reliquis muſculis adducitur. Si Subclavius etiam (inter coſtam primam & claviculam ſitus, & intercoſtalium inſtar fibras habens obliquas) coſtam prædictam attrahit, reliquæ diſtantiæ infimæ conſequenter aliquo modo dilatantur.

Recipiunt venas ab azygo, & intercoſtali ſuperiore, arterias ab intercoſtali utroque: nervos à ſexto pari, adjunctos illis, qui à dorſi medullâ prodeunt.

CAPUT IV.

De Claviculis.

CLaviculæ (à Græcis κλεῖδες di-
ctæ quod pectus univerſum clau-
ant) utrinque os conſtituunt unum,
on nihil fiſtuloſum & craſſum, ma-
is flexuoſum in viris, ne brachii mo-
um impediat: in fœminis verò mi-
us ad venuſtatem pectoris & Colli.
Extremorum unum adjunctum eſt
terno interventu cartilaginis inſi-
nis, Alterum cum ſcapulæ proceſſu
uperiore, ubi acromium ſive humeri
ummum producit.

Oſſa hæc dura & ſolida, in pecto-
s ſummo tranſverſim ſita, validiſque
igamentis inter ſe revincta, figuram
. Romani imitantur; ex duobus
nim ſemicirculis, adverſè conjun-
tis, formari videntur.

Uſus eſt, Scapulam in ſede ſua re-
inere ne in thoracem incideret.

CA-

CAPUT V.

De Sterno.

OS pectoris, vulgò στέρνον dictum, eſt convexum, latum ac longum, antiquorum pugionem repræſentans, ideoque enſiforme appellatur.

Subſtantia non eſt (ut ea reliquorum oſſium) ſolida, at ſpongioſa & rubicunda, ex oſſibus & cartilaginibus conſtituta. In infantibus totum (præter os primum) cartilagineum exiſtit. Pueri ſex habent particulas lineâ tranſverſâ ſignatas, in adultis verò tres vel quatuor ſolummodo intuemur.

Os primum latum eſt & craſſum, cavitate quoad partem ſupremam utrinque donatum, cui inoculatur caput clavicularum. Secundum anguſtius, varias habens cavitates, ad recipiendas coſtarum cartilagines. Tertium

ium minus verò, in cartilagine xiphoide terminans, quod à Barbaris malum granatum vocatur, quia tres aliquando habet partes angulatas, fructûs ejuſce florem imitantes. Diaphragmatis munimentum ſeu propugnaculum æſtimatur, & mammariæ interdum venæ cum arteriâ ac nervo tranſitum præbet. Hæc quoque cartilago in ſenectute oſſea tandem evadit. Compreſſa & incurvata infantum hepar ſubjectum lædit, efficitque Atrophiam. In adultis (ni reducta) perpetuam creat vomitionem. Hîc etiam ſita eſt cavitas ea, quæ ſcrobiculus cordis vulgò nuncupatur, circà quam aliquoties evenit palpitatio, à cæliacâ arteriâ non ſemper proveniens, at à cordis motu, diaphragmatis centrum percutiens.

In viris totum magis elevatur Sternum, in fœminis autem ob majores mammas deprimitur.

Sterni uſus eidem coſtarum æquivalet

valet. Cartilago Xiphoides partìm ſubjectas partes defendendo, partìm diaphragmatis motui cedendo, vel potius hepar per ligamentum ſuſpendendo, inſervit.

CAPUT VI.

De Coſtis.

COſtæ communitèr utrinque duodecim exiſtunt, è quibus ſuperiores ſeptem, veræ, eò quod cum vertebris perfectam efficiant figuram, reliquæ inferiores, nothæ, quia neutiquam ad os pectoris perveniunt, ſed longâ cartilagine ſupernè reflexa terminatæ, inter ſe cohærent.

Formâ curvantur circulari, ut idoneam pectori amplitudinem præſtent. Externâ ſuperficie nonnihil inæquales, internâ verò magis lævigatæ, ne pleuram offendant.

Latior pars coſtæ palmula, anguſtior

ſtior & rotundior ad ſpinam Remulus, dicitur. Sinum habet in parte inferiori, ad venam, arteriam & nervum recipiendum.

Coſtæ ſunt partim oſſeæ (nihilominus ſpongioſæ) ad dorſum & latera, partim cartilagineæ in anteriori, ubi Sterno conjunguntur. Harum una pectoris firmitudinem adauget, altera motum ejus facilitat.

Duæ ſupernæ ἀντίστροφοι vocantur, proximæ στερεαὶ, tres inſequentes στερνίτιδες: hæ omnes duplicem habent, reliquæ ſimplicem vertebris articulationem. Undecima & duodecima diaphragmati annectuntur.

Verarum uſus eſt, viſcera thoracis defendere, & muſculos reſpirationis ſuſtinere. Pars notharum anterior, eſt cartilaginea, ut in diſtenſionibus ventriculi cibo repleti faciliùs eleventur.

CAPUT VII.

De Septo tranſverſo.

PArtem coſtarum infimam occupat Septum tranſverſum, ſeu diaphragma, ita dictum, quia reſpirationis & nutritionis organa dividit. Hippocrates in libro de principiis φρενες id eſt, mentem appellat, non ob facultatem aliquam intelligibilem, aut ob miram ejus cum cerebro ſympathiam, quod eo inflammato repentinum ſtatim & continuum conſequatur delirium.

Egregius hic muſculus, primum & principale inſtrumentum reſpirationis liberæ, circularem ferè habet figuram, magnam quidem, & inferiori thoracis parti reſpondentem. Tranſverſam obtinet ſedem, ac obliquam, à ſterno enim, per coſtarum notharum extremitates, ad regionem lumborum defertur.

In

In quiete, elevatum manet, ut ca-
avera oſtendunt (vita enim expira-
ione deſinit) movens vero & contra-
tum deorſum tendit.

Univerſum diaphragmatis corpus
uobus conſtat circulis : quorum
rimus eſt nerveus in medio (tan-
uam centro) ſitus, ad partem eam
borandam, ut hepar ei affixum ſu-
ineat. Alter vero carneus undique
horaci adjunctus, & primum cir-
umit.

Membranas habet duas, quarum
premam excipit à pleura, infimam
peritonæo. Tertiam aliqui volunt
ertenuem, ut propriâ ſuâ circum-
riptione, ab omnibus aliis partibus
ſtinguatur.

Duo ſunt ejus foramina, unum
nſitum æſophago in ventriculum,
erum aſcenſui venæ cavæ ad cor
æbens. Recentiores tertium aſſi-
ant, ob aortæ deſcenſum, hæc verò
vena ſine pari vertebris adhærent, &
phragma utrique adnectitur.

Venas & arterias habet à cavâ & aortâ vulgò phrenicas dictas. Duos inſignes recipit nervos, qui inter quartam & quintam vertebras colli exorti, in nerveum diaphragmatis centrum (à quo fibræ excurrunt quam plurimæ ad circumferentiam) inſeruntur.

Quod uſum ſpectat, liberæ primo inſervit reſpirationi. In inſpiratione depreſſum, ad rectam adducitur lineam; vel dum ex concavo rectum efficitur, diaphragma contrahitur. In expiratione laxatur, ſurſum tendit, & ex recto evadit concavum, continuum equidem habet motum, jam lentè & leniter, jam ſubitò & violenter contractum eſt ac dilatatum. Cum ſolum movetur, liberam dirigit reſpirationem. Alioquin in reſpiratione violenta (ut in permagnis laboribus) ſequitur motum thoracis. Secundo inſervit hypochondriorum ventilatio præſertim hepatis, cujus ſuperior pars & convexa nullis donatur arter

Poſt

Poſtremò fœcum expulſionem promovet, inteſtina enim tanquam manu premit. Et hæc de diaphragmate, quod ab aliquibus Gaudii & titillationis ſedes appellatur.

CAPUT VIII.

De Pleura.

QUod eſt in ima Regione peritoneum, id in media eſt tunica hæc, quæ Græcis πλεύρα dicitur quod coſtis omnibus (excepta duodecima) ſubtendatur.

Nervoſa hæc ſubſtantia tenuis eſt, craſſior tamen circa dorſum apparet, ubi vertebrarum ligamentis annectitur: Parte antica Sterno, dextra ſiniſtraque intercoſtalibus muſculis, ſupernè claviculis, infernè diaphragmati, in medio pulmonibus & pericardio affigitur.

Superficies externa inæqualis, interna lævior eſt, & veluti humore

aqueo perfuſa. Ad ſpinam dorſi pinguedinis aliqvid interdum reperitur, ubi vaſa majora exiſtunt.

Omni ex parte manifeſtè duplex, ad vaſa intercoſtalia præſervanda, quæ per ejus duplicaturam abducuntur. Membranarum harum tenuior, coſtis utrinque firmiter ac immediatè adhæret, & vocatur perioſteum, quod iis reliquiſque oſſibus ſe habet commune; Altera ei incumbit, & coſtas omnes circumveſtit, unde tunica ſubcoſtalis appellatur. Inter has duas pleuritica materia ſæpe colligitur.

Foramina habet complura, ubi vel intra vel extra thoracem vaſa emiſit. Venas ab azygo, ab aortâ arterias, nervos è vertebris thoracis, invenit.

Uſus eſt, à coſtarum duritiè pulmones defendere; Partes contentas veſtire, tunicam enim eis præbet communem; denique prohibere, ne pulmo dum movetur coſtarum ſpatiis ſeſe inſinuet.

CA-

CAPUT IX.

De Mediaſtino.

MEdiaſtinum eſt membrana gemina, à pleura efformata, & à vertebris thoracis ad ſternum porrecta, quæ pectus & pulmones in dextram ſiniſtramque partem diſtinguit. Unde à Galeno ὑμένες διαφράττοντες, à Columbo interſepimentum & diſſepimentum vocatur, cujus amplitudo, pectoris longitudinem & profunditatem adæquat.

Cavitas mediaſtini fibroſa diligenter eſt obſervanda, quod vocis formationem, tanquam echo reſonitum adjuvat.

Vitioſorum confluxus humorum, & flatus interdum hoc ſpatio occluduntur, qui thoracem valdè excruciant.

Venam obtinet propriam, quæ mediaſtina dicitur, à ſubclavio cavæ ramo

exortam, minoreſque alias à mamma-riis & azygo: arterias ſuſcipit ab inter-nis pariter mammariis: Nervulos à ſexto pari, illiuſqve præſertim recur-rente ramo ſiniſtro.

Uſus eſt, pericardium firmiter ſu-ſtinere, ne in cor incidens, gravitate ſuâ opprimeret; vaſa percurrenti ſuffulcire, thoracem dividere, & par-tes à contagione præſervare, ne parte una pulmonum læſa, altera in illius contagionem attrahatur.

Et hæc ſufficiant, partes thoraci tractâſſe continentes, ad contenta jam accedamus.

CAPUT X.

De Thymo.

THymus, Galeno Θυμὸς, Corpus eſt glanduloſum, molle, ſpongio-ſum & album, ſuperiori thoracis parti ad jugulum inter vertebras & ſternum ſitum, ubi pulvinaris inſtar vaſorum

divi-

diviſiones ad brachia & ſcapulas procurrentium, conſervare inſervit. Natura enim, ordinario ſuo & perpetuo curſu, cum vas magnum dividit, aliquam interponit glandulam ad diviſionem iſtam implendam.

Glandula hæc quoad ætatem variat, in juvenibus ob vaſorum teneritatem copioſior, in adultis tenuior apparet. Hujus tumefactio ſtrangulationes viris efficere poſſit, in mulieribus autem hyſtericis frequentius extumeſcit, ad ipſam penitùs ſuffocationem ni ſectâ venâ ſuccurratur.

CAPUT XI.

De Trunco venæ cavæ aſcendente.

VEna cava ex epatis gibba ſeu convexa parte prodiens, diaphragma ad cor penetrat; & ſic indiviſo curſu ad jugulum uſque extenditur. Ante

verò ejus diviſionem ab ea oriuntur quatuor rami.

Primus dicitur phrenicus, utrinque unus, per univerſum diaphragmatis corpus diſſeminatus. Aliqui ejus ſurculi ad pericardium & mediaſtinum mittuntur. Horum dexter intra pectus, ſiniſter infra ſeptum à cavâ quandoque exoritur. Progrediens truncus octavam circa coſtam perforat pericardium, ubi copioſum conſtituens ſinum, in dextram cordis auriculam, deindeque in ejus ventriculum (penetratione quamvis non adeo profundâ) aſcendit, ut ſanguinem in eum tanquam in ciſternam effunderet.

Secundus eſt coronarius qui baſin cordis univerſam inſtar coronæ cingit. Sæpius ſimplex eſt, at raro geminus, & per totam cordis ſubſtantiam hinc inde ramos diffundit.

Tertius eſt Azygos ſeu vena ſine pari, ſic dicta, quòd in uno tantum latere reperiatur. Originem habet ex parte cavæ poſteriori ſupra cor, inter

quartam

quartam & quintam thoracis vertebram. Poſt ejus initium, ſupra truncum aſperæ arteriæ, nonnihil dextrorſum verſus ſpinam reflectitur. Cum vertebrarum radices tetigit, elevatur, et quarum medium attingens, magnâ ſub arteriâ deſcendit; Et ad thoracis finem ſe dividens, cum aortâ diaphragma perterebrat.

Solitaria hæc vena octo ſurculis fruitur, qui totidem inferiores coſtas earumque ſpatia, utrinque alunt. Oeſophago etiam exiles, at numeroſos ramulos diſtribuit. Pectoris venis quæ ab axillaribus procedunt, communicat: Hinc eo in latere phlebotomiæ beneficium. Interdum Adipoſâ conjungitur, quandoque emulgente, ut iis pulmones melius purgaret.

Poſtremus intercoſtalis eſt, utrinque unus, qui tria aut quatuor ſuperiorum coſtarum ſpatia nutrit. Hoc ſæpius deficiente azygos officium præſtat. A ramo oritur ſubclavio, ad venarum jugularium initium, & ramos

mos ſui ipſius aliquos in vertebras, ubi exſurgunt nervi, emittit.

Poſtquam quatuor hos cavæ aſcendentis truncus diffudit ſurculos, rectâ aſcendit lineâ, & mediaſtino cum thymo etiam Suſtentus, in duos ramos dividitur inſignes, quorum unus ad latus dextrum, alter ad ſiniſtrum tendit, & dum in pectore remanet Subclavius appellatur; ex inferiori cujus parte, ante diviſionem, quatuor venæ exſurgunt.

Prima dicitur mammaria, cujus ortus eſt varius; interdum enim ab anteriori & media bifurcationis parte: aliquando à ramo ſubclavio, quandoque verò ab ipſo cavæ trunco, nondum diviſo, exoritur. Hæc ſub ſterno ad cartilaginem procurrit enſiformem, ubi per foramen ejus ramum emittit, & in tranſitu, azygo ac intercoſtalibus per varia coſtarum ſpatia commiſcetur: itaque pars illius, ad muſculos illic incumbentes & mammas, è thorace procedit; pars verò

ſub

ſub rectis abdominis muſculis, ut Epigaſtricæ per anaſtomoſin ſeſe adjungat.

Secunda eſt Mediaſtina quæ à ſiniſtræ trunco ſubclaviæ, internam contra jugularem, exſurgens, ſupra pulmonum concavum & pericardium, per thymum nec non mediaſtinum ſeſe diſpergit.

Tertia Cervicalis dicitnr, quæ ad vertebras aſcendens, muſculis illic morantibus nutrimentum præbet. Et ramos aliquando in nervorum foramina, ob medullæ alimentum ſpinalis emittit.

Quarta, muſcula inferior dicta, ab externa jugulari aliquando proveniens, per ſuperiores pectoris muſculos, & cervicis infimos, diſſeminatur. Et hæ ſunt quatuor venæ, à ramo ſubclavio, pectoris cavitate nondum egreſſo, prodeuntes. Egreſſo verò axillaris vocatur, quæ ante diviſionem duos exhibet ramos; ſcapularem ſcilicet internum, qui per muſculos hu-

meri, & ſub axillarum glandulis excurrit. Scapularem etiam externum, ad partem extoriorem humeri tranſeuntem; particula ejus intra carnem & cutim abducitur. Poſtea axillaris dividitur in venam ſuperiorem, ſcilicet cephalicam, & inferiorem, baſilicam, è qua poſtrema duo proveniunt rami; primus, thoracicus ſuperior, ad pectus procurrens. Secundus, thoracicus inferior, qui per latus pectoris repins & azygi ramis ſeſe adjungens, in latiſſimum dorſi muſculum diſtribuitur.

A Supernâ parte ſubclavii, tres venæ prodeunt inſignes: muſcula ſuperior, jugularis externa ac interna: quarum ad orificia duæ apparent valvulæ, ut ſanguinis refluxum impediant.

Muſcula ſuperior juxta jugularem externam repens, in cutim partemque colli poſteriorem, ramos quam plurimos diſpergit.

Jugularis externa utrinque una

com-

communiter exiſtit, aliqvando verò duplex. Hæc ſub clavicula oblique repens infra clavem emittit ſurculos duos, quorum unus ad deltoidem muſculum ſub acromio contendit. Alter ad capitis partes laterales aſſurgit; ubi ad angulos maxillæ bipartitus, in fauces, partes aurium poſteriores, frontem & faciem ferè totam abſumitur.

Jugularis interna, quæ amplior externa, ſub maſtoideo muſculo ad collum aſcendit, & circa ejus medium in tres ſcinditur ramos; quorum primus major retrorſum fertur, & per oſſis foramen occipitis ſinum duræ meningis intrat, ut ſanguinem ſuum effundat. Secundus colli latera perreptans, ſub maxillâ diſtribuitur. Tertius abit in linguam & Ranulares ſive ſublinguales conſtituit. Hæc brevis eſt totius aſcendentis cavæ diſperſio.

CAPUT XII.

De Trunco aortæ aſcendente.

TRunci aortæ aſcendentis progreſſus (ex quo omnes partes ſuperiores, vitales ſpiritus à corde procedentes recipiunt) cavæ ſimilitudinem præ ſe fert, quòd unus tot ramos plerumque emittat, quot alter producit. Hæc verò ſunt in eo notanda.

Inprimis textura. Aorta in origine ſua in tres dividitur tunicas, externam, mollem & membraneam; ſecundam verò duriorem; tertiam cartilagineam. E ſiniſtro Cordis ventriculo proſiliens ſtatim in exortu ſuo duas coronarias producit arterias, inſtar coronæ cor cingentes; & ſic ſub venæ arterialis trunco prodiens, ſurſum aſcendit; ſed deſcendenti magnitudine non adæquat.

Secundò, Jugularis externa, nullâ donatur arteriâ; nec Azygos intrà tho-

thoracem, extra, nomen in Carotidem mutat, quoniam iſta arteria compreſſa, hominem ſopore ſive caro gravat & vocem adimit; Per latera aſperæ arteriæ cum interna jugulari ad calvariæ baſin aſcendit.

CAPUT XIII.

De Nervis per thoracem diſſeminatis.

IN thorace octo ſunt nervi inſignes. Duo Diaphragmatici, duo Recurrentes, bini Stomachici, totidem coſtales.

Diaphragmatici inter tertiam & quartam cervicis vertebras exorti, ad nerveum diaphragmatis centrum, inter duplicaturam mediaſtini deſcendunt.

Recurrentes ex calvaria è ſexto pari prodeuntes, per latus carotidis ad jugulum uſque procurrunt. Horum dexter

dexter axillarem circumplicat arteriam, & in cervicis muſcvlos cum ramulis perplurimis aſcendit. Siniſter magnam complectitur arteriam ubi ad dorſum tendit. Hi nervi nuncupantur etiam vocales, quod vocis præcipua ſint inſtrumenta: illis enim aut ſectis, aut interſeptis ἄφωνον ſtatim redditur animal. Inſerviunt equidem voci, quia ſurſum recurrunt ad muſculos laryngis & linguæ, quibus ramulos numeroſos impertiunt.

Stomachici ſextæ conjugationis nervi, intra duplicaturam mediaſtini deſcendunt, ubi magnus nervorum plexus eſt, decem vel duodecim ſurculi in pulmones producti; & ſic cum gula diaphragma penetrantes, ramuli utriuſque ſuperius ventriculi orificium reticulato contextu implicant.

Coſtalis ab eodem puncto cerebri cum pari ſexto prodiens, per anteriora cervicis ad thoracem defertur, in qvo ſub pleura membrana, juxta coſtarum radices deſcendens, aſſumpto à

ſin-

ſingulis intercoſtalibus nervis ſurcu-lo, (unde nomen obtinuit) diaphragmate penetrato in omnes partes naturales tandem ſeſe diſpergit.

CAPUT XIV.

De Pericardio.

PEricardium membrana eſt quidem perampla, dura & craſſa, in medio pectoris collocata.

Plurimis fibris mediaſtino connectitur, parte anteriori pleuræ, poſteriori ſpinæ dorſi; at nerveo diaphragmatis circulo ita firmè adhæret ut (niſi fracta) ſeparari non poſſit.

Subſtantia hæc nervea (quæ duplici conſtat membranâ, externa à mediaſtino, internâ à tunicis vaſorum cordis oriente) tantum à cordis cono, baſi & lateribus diſtat, quantum dilatationi inſervit, & ſeroſi humoris receptioni, qui partim ex reſolutis vaporibus, aqueiſque tertiæ concoctio-nis

nis excrementis, partim è potûs por-tiunculâ roris modo penetrantis ex aſpera arteria in venoſam, colligitur.

Superficies externa, fibroſa, intern verò lubrica, ad faciliorem cordi motum, cujus retinet figuram. Quin que habet foramina ad baſin: nemp pro cavæ introitu & exitu, & pro re liqvorum vaſorum trium egreſſu.

Venulas ſuas à phrenicis mutuatu (arterias vix obtinet conſpicuas) nen vulos à recurrente ſiniſtro.

Uſus eſt cor à compreſſione defen dere, ne motus violetur; Seroſu humorem continere, qui cor ab adu ſtione, & exſiccatione conſervat, ne non motum cordis facilitat, quod, a tollendum ponderis ſenſum, ei tan quam innatat.

Humor hic, urinæ, niſi in acrimo niâ & ſalſedine, non diſſimilis, no tantum in mortuis reperitur, ſed etia in viventibus, at poſt mortem uberio (niſi in Hecticis, in quibus exiguu apparet & flavens) eò quod ſpiritu

ordi inſidentes , exalgent & in
quam convertuntur. Copioſior eſt
n ſenibus & fœminis ob caloris debi-
tatem; ubi abundat, præter palpita-
onem , mortem ſubitam nec non
uffocationem efficit.

Præterea in thoracis cavitate, aqua
eperitur ſanguine mixta, quæ per dia-
pedeſin roris inſtar è vaſis exudans,
pectoris partes refrigerare atque hu-
mectare inſervit.

CAPUT XV.

De Corde.

COr ob motum à Currendo di-
ctum, eſt principale domicilium
animæ, vitæ fons & origo, arteriarum
ῥίζωμα, Spiritûs vitalis organum, de-
inceps Caloris nutritor; Et quod mo-
tum à ſeipſo naturalem habeat, è ſub-
ſtantiâ denſa, ſolidâ, & reliquis cor-
poris partibus compactiori efforma-
tur. Pars ſuperior, baſis vel caput
dicta,

dicta, latior eſt ad vaſa recipienda; in-
ferior pars, mucro, conus, vel apex
cordis appellatur.

Situm eſt quoad baſin in pecto-
medio, inter claves & ſeptum, Sterno
& vertebras, ubi ad coſtam quintam
(ſecuritatis cauſâ) pulmonum lob-
tanquam digitis circunditur. Conus
autem exporrigitur in anteriora ſu-
læva papillâ, ad cartilagines coſtaru-
ſextæ & ſeptimæ ſiniſtorſum, ob me-
liorem venæ cavæ ingreſſum.

Maximus ſui motus ad ſiniſtrum
ſentitur, quia vitales ſpiritus illic abun-
dant, & aorta ſedem habet. Diaphrag-
mati & mediaſtino per pericardium
at aliis partibus per vaſa annectitur.

Figura pyramidalis eſt ac pine-
nuci non admodum diſſimilis, quæ
quidem figura eſt aptiſſima cum lon-
gitudo attractioni & expulſioni, ro-
tunditas amplitudini & defenſioni op-
timè inſervit. Baſis neceſſariò ſupern-
ut ſanguinem in dextrum ventriculum
melius recipiat. Dùm dilatatur, ro-
tundum

ndum , dum contrahitur , obli-
ium & ferè pyramidale invenitur.
perficies à baſi ad conum lævis &
lita apparet , ni vaſis coronariis
ipeque inæqualis reddatur.

Magnitudo ob ætatem & tempera-
entum varia. Frigidores enim & ti-
di cor magnum habent, Audacio-
minus, propter calorem unitum.
x digitos tranſverſos in longitudine,
quatuor in latitudine æquat.

Eximia hæc ſubſtantia è craſſiori
guinis portione confecta, muſculo-
m carni non æquè rubicunda, ni-
ominus durior eſt ac denſior, ne
ritus & calor cordis innatus expiret.
nus baſi ſolidior exiſtit, quia fibræ
tæ illic coeuntes, ſunt multò com-
ctiores.

Caro hæc, facultatis vitalis ſedes, &
rdis operationum prima origo, non
ſculus æſtimanda quia fibras habet
nimodas, & motum naturalem non
untarium.

Perpetuus cordis motus eſt duplex;

lia-

Diaſtole & Syſtole: inter utrumq
motum quies interjecta eſt, quæ Pe
ſyſtole dicitur.

Diaſtole ſeu dilatatio eſt, cum C
nus ad baſin Cordis, fibris rectis att
hitur. Cujus motûs uſus eſt, ſang
nem per cavam in dextrum ventric
lum, aerem per arteriam venoſam
ſiniſtrum haurire; valvulis decide
tibus, & viam tranſitui ſuo præben
bus.

Syſtole ſeu contractio eſt, cum
nus à baſi abit, & cor longius fit,
anguſtius, fibris rectis laxatis,
tranſverſis quæ cor amplectunt
collectis, & valvulis cavæ & arte
venoſæ occluſis, at eæ magnæ arte
& venæ arterialis aperiuntur, ſangu
ex dextro ventriculo per venam ar
rioſam in pulmones, & ſpiritui vi
ex lævo in aortam, vitaliſque ſangui
portioni cum fuliginibus per venoſ
arteriam, tranſitum offerentes. Co
tractio, hæc & depreſſio validis eff
tur ligamentis, internis ventriculis

re ſi

itis, in contractione enim dilabun-
ur & cordis tunicas ſecum contra-
iunt.

Partes verò cordis externæ & inter-
ıæ ſpecialiter conſiderandæ.

Externæ ſunt Pericardium (de quo
ātis dictum eſt) propria tunica, adeò
enuis ut ſit inſeparabilis, Adeps, vaſa
& Auriculæ.

Adeps magis in homine quam in
æteris animalibus, abundat, quod
quidem mirabile eſt ſi calorem ſpecte-
nus, qui minimam ſuper ſiniſtrum
ventriculum, at totam ſupra dextrum,
ıd conum ipſum permittit. Ut bu-
yrum verò, ſic adeps hic, motu vio-
ento efficitur. Circa baſin maximè
verſatur, ubi vaſa majora exiſtunt.
Cujus uſus eſt cor humectare ne motu
continuo calefactum, præſertim in
magnis laboribus & jejuniis, exſiccare-
ur, & ſecundum caloris incrementum
vel decrementum augeſcit, decreſcit-
que, tantum calori præbet alimen-
um. At conus ab humore in pe-
ricar-

ricardio contento medefactus eſt.

Quoad vaſa, venam obtinet coronariam (ad partem exteriorem nutriendam) quæ valvulam habet ſemilunarem, ut ſanguinis in cavam refluxum impediret; Duabus fruitur arteriis coronariis dictis, quæ cum venâ hinc inde ſurculos ſpargunt, inſigniores verò in latus ſiniſtrum quod ea pars denſior ac ſolidior materiâ copioſiori indigeat. Nervulos accipit à ſexta conjugatione, vel ab eis ad pericardium emiſſis, qui in baſim cordis, per venam arterioſam diſtribuuntur.

Auriculæ duæ, firmiori cordis ſubſtantiæ circa baſin adnectuntur. Earum dextra quæ major, venæ cavæ quâ cum unum corpus conſtituit, ſiniſtra minor, arterioſæ, præponitur. Subſtantia auricularum eſt peculiaris qualis nulla in alia parte. Nervoſæ ſunt ad firmitatem, cuticulares & molles ad vim attractionis ſuſtinendam. Extenſæ læves ſunt atque æqua-

les

es, contractæ apparent rugoſæ, & in-
ra, ſuperficiem ventriculorum in-
qualem repræſentant. Harum uſus
ſt cor à ſubitaneâ ſuffocatione con-
rvare; vaſa in motu ejus defendere;
c follium inſtar cor refrigerare.

Partes cordis internæ ſunt duo ven-
iculi & Septum.

Dexter ventriculus non eſt exactè
btundus, at ſemicircularis, & fundum
rcumit cordis, at conum non attin-
it. Ventriculus hic ſanguineus &
enoſus (ut à Rufo dicitur) altero
opioſior eſt, ob magnam ſanguinis,
uam recipit, quantitatem. In hunc
ena aſcendit cava, & cor dilatatum,
nguinem ad ejus perfectionem &
urificationem, effundit. Cujus pars
axima per venam arterioſam ad pul-
onum ſubſtantiam fertur, tenuior
er ſeptum medium exudat in ventri-
lum ſiniſtrum ad ſpiritus vitales in-
enerandos.

Siniſter dextro minor, at carnoſior,
l vitalem calorem meliùs conſervan-

dum; & firmior ne vitales ſpiritus exhalent. Rotundam habet cavitatem quæ ad mucronem uſque pertingit.

Superficies utriuſque ventriculi intima, inæqualis eſt, atque rugoſa, ne ſpiritus cum ſanguine ante perfectionem illic ingredientes, dilabantur, cui etiam officio valvulæ concurrunt. Inæqualitas oritur partim à multiplicibus parvis foveis in ſiniſtro potiſſimùm obſervandis, partim à carneis portiunculis qvæ circa conum cordis tenues apparent, quibus nervoſæ valvularum fibræ coaleſcunt. Et hæ ab aliquibus cordis ligamenta nuncupantur.

Septum medium ventriculos dividens (ne contenta commiſceantur) foraminibus plenum eſt, nec non porosum, ut per id ſanguis tenuior è dextro in ſiniſtrum ventriculum tranſeat, ad vitales generandos ſpiritus, quibus aer & ſanguis permiſti materiam miniſtrant. Aer ab ore & naribus receptus, in pulmonibus præpa-

ratu

atus, per arteriam venoſam (corde ilatato) in ventriculum ſiniſtrum ranſfertur. Sanguis in dextro atte-uatus, in pulmones per venam arte-oſam partim diſtribuitur, & ventri-u'o ſiniſtro per ſeptum partim attra-itur, atque naturâ ingenitâ retine-ur, qui aere permiſtus, propriâ cordis irtute, motu perpetuo, caloreque in-ato perficitur; Itaque vitalis evadit piritus & ſanguis arterioſus, qui in ordis contractione, in magnam effun-itur arteriam, ob totius corporis & itam, & nutrimentum.

Præterea circa baſin cordis, viden-ur quatuor vaſa; duo in ventriculo extro totidem in ſiniſtro: In dextro uidem vena cava & vena arterioſa. In niſtro Arteria magna & arteria veno-. Has intra ſunt undecim valvulæ c orificiis vaſorum orientes, quarum iæ Tricuſpides, aliæ Sigmoides ſive emilunares ſunt.

Venâ Cavâ diaphragma penetrante ramo breviori, atter ampliori aortæ

 orificio,

orificio, cor accedente, minor pars in auriculam dextram recipitur, pa verò major ad jugulum directè excur rit. Ab auriculà dextrâ ventricul dextro inſeritur, à quo ſeparari no poteſt. Hujus rami uſus eſt, ſangu nem ab hepate in ſinum cordis de trum ſubvehere, in quem ſua in dil tatione effunditur. Orificio ejus a creſcit circulus membraneus, cum f bris, ad cordis robur, & in tres valv las validas janitrices dictas ſe dividi quæ occluſæ, in triangularis forma cuſpidis evadunt, unde Triſulcæ c cuntur. Foris intro Spectant, ut ſa guis intrare queat, ſed non in cava redire.

Alterum vas dextri ventriculi vena arterioſa; vena ab officio q ſanguinem defert; Arteria ex ſubſta tia quia duas habet tunicas denſas craſſas ne in reſpiratione lædant Minori orificio cavæ ventriculo d tro affigitur. Hoc magnæ arteriæ cumbens, duos in truncos dividit

ui in dextrum & ſiniſtrum abeunt
ulmonem, ubi varios in ramos ſeſe
iſtribuunt. Uſus hujuſce vaſis, eſt in
ordis contractione, majorem ſangui-
is partem recipere ex ventriculo dex-
ro, & in Pulmones pro nutritione in-
erre. Et ſic cor pulmonibus retribuit,
ui ei aerem ad refectionem ſuam
mittunt. Vena arterioſa tres habet
alvulas, Sigmoides dictas, unam-
uamque Semilunarem. Intro foras
pectant, ſanguinem emittere, reditum
uum impedire.

Arteria venoſa vas eſt ſiniſtri ven-
riculi. Dicitur ab officio arteria, quia
erem ſpiritumqve continet: Venoſa
ſtructurâ quia venarum inſtar te-
uem habet tunicam, cujus orificium
llud aortæ excedit. Inſigne hoc vas
um è corde prodit, in duos dividitur
amos, qui cum variis ſurculis in dex-
ram ſiniſtramqve partem pulmonum
iſſeminantur. Uſus hujus arteriæ
enoſæ eſt, in cordis dilatatione aerem
pulmonibus attrahere, & in ejus

contractione, ſanguinis vitalis portio- nem cum vaporibus fuliginoſis , in pulmones deferre. Et ne totus aer in pulmones redeat, ad vaſis hujus orifi- cium circulus eſt membraneus, è cor- dis ſubſtantiâ enatus, qui in duas divi- ditur valvulas, mitrales dictas, fora intro ſpectantes; majores, validiores & iis venæ cavæ carnoſiores , exi- ſtunt.

Vas alterum ventriculi ſiniſtri eſt magna arteria , cujus ſubſtantia eſt membranea aptior diſtentioni. Duas habet tunicas peculiares, quarum ex- terior tenuis eſt mollis & rara , fibri rectis quam-plurimis, aliis obliquis nullis tranſverſis, donata. Interio denſa eſt ac dura, ſextuplo craſſior ve- narum tunicâ: Primò ut ſanguis ar- terioſus & ſpiritus non evaporent. Se- cundò ne continuo ſyſtoles ac diaſto- les motu, perfringatur : fibras tan- tummodò habet tranſverſas ad diſtri- butionem ſanguinis nec non ſpiritû ſubitam. Aliam Galenus aſſignat tu-

nicam

nicam, quæ quoad ſuperficiem intimam arancarum telis aſſimilatur. magna hæc arteria, aorta dicta, è ventriculo ſiniſtro habet ortum ore peramplo, à quo contracto, ſanguis ſpiritusque in ſiniſtro ventriculo elaborati, cum calore in totum corpus deferuntur, & ne in dilatatione in ventriculum remeent, ad orificium opponuntur tres valvulæ (ſimiles eis quæ in vena arterioſa) intus foras ſpectantes, quæ dicuntur Sigmoides.

CAPUT XVI.

De Pulmonibus.

INſtrumenta reſpirationi dicata ſunt diverſa: Alia moventia ut muſculi omnes deſcripti; Alia deducentia ut larynx aſperaque arteria, de qua capite ſequenti membratim diſſeremus; Alia excipientia reſpirationis materiam ut Pulmones, qui Græcè dicun-

tur πνεύμονες ἀπὸ τοῦ πνέειν, quod eſt reſpirare.

Siti ſunt in pectoris vel thoracis ca vitate, non multùm ab ore diſtantes ne ſubitaneo aëris adventu, nimis re frigerentur.

Organum hoc vocis ac reſpirationi præcipuum, ἐργαστήριον dicitur ſpiri tûs, quia aerem excipit, conficit, præ paratqve cordi. Subſtantiam habe mollem, raram & ſubtilem, tanquam ex ſpumoſo ſanguine (levitatis motûs que cauſâ) concretam. Tenui & po roſâ cingitur membranâ à pleurâ re ceptâ, (ob excretionem materiæ pu rulentæ in pleuritide peripneumonia que per anacatharſin tuſſiendo) qu ſecundum ætatem, alimentumqve va rium, mollitie, colore, & ſubſtanti differt. In fætu enim, dum cor & pul mones non movent, color carnis eſ ruber, Poſtea verò aereum habente alimentum, in pallidum flavidumqu convertuntur. Longis in ægritudi nibus maculis, fuſci coloris, tinguntu

In

In viventibus, dum intus ſpirant, totam pectoris cavitatem, præter cavam inter tunicas mediaſtini ad-implent. Dum verò expirant, cadunt, quamvis non ut in Cadavere, in quo licet extumeſcant, folles in arteriam aſperam inducendo, nihilominus nunquam replentur ut in viventibus, quia aerem pro multis cordis motibus retinent ut in urinatoribus nec non cantatoribus apparet.

Juncti ſunt Collo per aſperam arteriam, ſterno dorſoque per mediaſtinum, ad latera pleuræ per fibroſos nexus, ut thoracis motibus obſequantur: Cordi etiam per venam arterioſam, & arteriam venoſam cohærent.

Ungulam figurâ bubulem referunt. Pars exterior gibboſa, ut thoracis cavitati reſpondeat. Interior cava eſt ut Cordi cedat.

Dividitur pulmo in partem dextram & ſiniſtram mediaſtini beneficio, harum utraque in duos dirimitur lobos (rarius una earum in tres) qui-

bus cor amplectuntur.

Parvulis fruuntur nervulis à ſexta conjugatione, qui pulmonum carnem non intrant, ne motus eorum continuus dolorem efficiat. Hinc pulmones apparent inſenſibiles.

Tria habent vaſorum genera, nulla aliâ in parte reperienda, Arterias aſperas, venas ab arterioſâ, arterias læves à venoſâ. Et tres omnes peculiarem ſibi actionem vendicant.

Vena arterioſa facultati naturali, & arteria venoſa vitali inſerviens, longè majores ſunt quam pulmonum magnitudo exigere videatur. Nihilominus ob motum continuum, nutrimenti plurimum abſumunt. Præterea ſanguinem naturalem vitalemque cum vitali ſpiritu non ſolummodo deferunt, ſed etiam per extremitates ſuas aerem ab extremis aſperæ arteriæ recipiunt, quem ad ventriculos cordis deducunt. Et ſi ramulus aliquis horum vaſorum fractus ſit, pulmones putreſcunt, & materiam in tuſſiendo præbent purulentam. Pul-

Pulmonum nutrimentum, reliquarum corporis partium nutrimento abſimile. Pars enim æqualiter rara, levis aeriſque plena, non invenienda, quæ ſanguine, æqualiter ſubtili vaporoſoque enutriatur. In reliquis partibus venarum tunicæ tenues ſunt ut ſanguis craſſior vicinis partibus liberiùs diſtribuatur. Corpus enim ſanguine à vaſorum tunicis attracto enutritur. Arteriæ ſunt Denſæ, ut minutior pars ſanguinis ſubtilis & ſpirituoſi, ad vitæ ſuſtentaculum attrahatur. In pulmonibus verò venarum tunicæ denſiores, ut nil niſi tenuius exudet, arteriarum verò tenuiores, ut puri vitalis ſanguinis copia tranſpiret.

Primus pulmonum uſus eſt aerem externum recipere ut reficiendi cauſâ in cor paulatim deducatur. Et hoc præparatu morâque, ſpiritui innata aptum ſit nutrimentum. Secundus cor ſuſtentare, ne parte antica ad os pectoris, poſtica ad ſpinam allidatur,

 dum

dum animal terrore corripitur irav commovetur. Tertius ad reſpiratio nem pertinet, vocemque edendam Animalia enim pulmonum parenchy mate deſtituta, vocem non edunt; & Piſces non reſpirantes, pulmonibus ventriculoque cordis ſiniſtro carent.

CAPUT XVII.

De Aſperâ Arteriâ.

VAs tertium pulmonibus pro prium eſt Trachea ſeu Aſper arteria, cui nomen ob inæqualitatem & ad lævium arteriarum differentiam imponitur.

Canna hæc pulmonis facultati ani mali inſerviens, anteponitur æſopha go, cui in parte faucium inferior plane incumbit, & in pulmones rect deorſum fertur.

Magnitudinem tracheæ Sexus & temperamenti conditio variat, quæ in figura effingit arbuſculam, recurvati

hinc inde ramis diſtractam : nec pulmonibus tantum, ſed æſophago pariter, atque oſſi hyoidi capite ſuo conjungitur.

Subſtantiâ componitur partim cartilagineâ, ut ſiccitate organi vocum intenſio eſſet facilior : partim membranea ubi æſophago committitur, ne corpori duro incumbens, in dilatatione impediatur. Si annuli enim carilaginei fuiſſent perfectè rotundi, non tantum æſophagus, dum mollis, duritie eorum læderetur, at cibi deglutitio (præſertim ſolidioris) etiam impediretur.

Cartilaginoſa hæc portio non eſt continua, ſed ex plurimis veluti annulis compacta : quorum ſuperiores, quidem majores, attamen, quia gulæ conjuncti, inferiore circumferentiæ parte ſuut deſtituti, & à figura dicuntur σιγμοειδεῖς, qui antiquum C. referunt. Omnes autem per carnoſa ligamenta curioſè connectuntur, tandemque in canaliculos membraneos

 arteriis

arteriis ſimiles terminantur.

Duplici membranâ veſtitur. Externâ à pleurâ, tenui, & cartilaginum ligamentis firmiter devinctâ. Internâ quæ craſſior, palato communis eſt, ſenſûs exquiſiti, moleſtorum expulſioni aptiſſima. Longitudo fibris intexitur rectis, mollibus lævibuſque, & inungitur humore pingui, ut lenior ſonus evadat: quo vel catarrhis diluto, vox rauca; vel calore nimium exſiccato, clangoſa percipitur.

Inter duas has tunicas, cartilagines cum propriis ſuis ligamentis ſedem obtinent, quæ inſpirando diſtenduntur, expirando autem laxantur & commiſcentur, ut in cadaveris aſperâ inflatâ percipitur. Adeo ut cartilagines vocis, ligamenta membranea eas adnectentia, reſpirationis, ſint inſtrumenta.

Trachea in Bronchum & Laryngem dividitur. Bronchus eſt pars inferior, longior, ac multiplicibus ramis in pulmones utrinque extenſa: qui rami,

rami, arteriæ venoſæ & venæ arterialis ramos intercurrentes, utriſque per anaſtomoſes junguntur. Hi Aſperæ verò majores ſunt, & in medio ſiti. Poſterius vena, anterius reperitur arteria. Venulæ ob alimentum tracheæ, nullæ autem lævibus, utpote ſanguinem deferentibus, communicantur.

Larynx verò pars eſt ſuperior, cartilaginibus & muſculis, ad formandam exprimandamque vocem, conſtructa. Cartilagines ſunt quinque.

Prima, à figura θυρεοειδὴς ſeu ſcutiformis dicta, intus cava eſt, foris gibboſa & prominens: Qvæ protuberantia in collo anterius conſpicua, nuncupatur pomum Adami.

Secunda κρικοειδὴς vocatur ſeu annuliformis, quia anteriùs rotunda, poſterius autem lata & Craſſa inſtar annuli Turcarum, & totam ambit laryngem.

Tertia quartaque ἀρυταινοειδὴς dicuntur, quoniam Gutturnii labrum

planè

plane figurant. Hæ junctæ, conſtituunt rimulam pro modulandâ voce, quæ aliis lingula ſive γλωττὶς appellatur.

Qvinta ἐπιγλωττὶς eſt, ſeu rimæ operimentum; ne inter deglutiendum cibis potusqve in arteriam dilabantur: non verò exactè clauditur, quin parum ad latera ex potu deſcendere queat. Quando enim dicitur, potum non tranſire in tracheam & pulmones, de maxima parte intelligendum eſt: nam in affectibus thoracis eclegmata, tabellasque præſcribimus, in ore donec liqueſcant, tenendas; ut portio aliqua per tracheæ parietes defluat. Reliquis cartilaginibus paulò mollior epiglottis, quæ aperitur in riſu, & linguæ, vel (ſecundum Hippocratem) hederacei folii exprimit effigiem.

Laryngis muſculi vel ſunt communes vel proprii. Communes numerantur quinque.

Par primum infra (Sternothyroides dictum) oritur interius à ſterno, &

juxta

juxta tracheam progrediens, inferiori ſcutiformis cartilaginis lateri inſeritur, quam deorſum trahit ad rimam laryngis coarctandam. Secundum par ſuprà (Hyothyroides dictum) oritur ab inferno latere oſſis hyoidis, & in baſin ſcutiformis (quæ ab eo attollitur ad rimam dilatandam) deſinit. Muſculus alter deglutitorius dicitur, ex officio, à prædicto enim ſcutiformi pronaſcens, gulam circumplicat, & deglutitionem promovet.

Muſculi proprii ſunt decem, omnes à larynge (ubi deſinunt) exorti.

Par primum anteriùs ab infimâ ſcutiformis parte prodiens, tendit in cartilaginem annularem quam trahit ad ſcutiformem. Et Thyrocricoides nuncupatur. Secundum, Cricoarytænoides poſticum dicitur; ab annulari enim cartilagine poſteriùs enatum, brevi nerveoque tendine inferiùs arytænoidi inſeritur, ut rimam laryngis dilataret. Tertium cricoarytænoides laterale vocatur, quia ſuperiùs

riùs

riùs ab annulari cartilagine protenſum, in latera glottalis ſive arytænoides poſteriùs deſinit, et rimulam pariter laryngis dilatat. Quartum (Thyroarytænoides nuncupatum) oritur scutiformis parte interiori media, & in latera glottalis deſinit. Latum eſt atque laryngis rimulam conſtringit. Postultimum (arytænoides dictum) oritur à poſtica guttalis linea & fibris transverſis delata, in ejuſdem latere implantatur. Hoc claudit laryngem dum arytænoidem cartilaginem aſtringit.

Venas habet larynx à jugularibus externis: à carotidibus arterias: Nervos à ſexti paris recurrentibus ramis.

Laryngis glandulæ vel ſuperiores ſe habent vel inferiores. Superiores duæ, utrinque una ad vuulam, vulgo dictæ tonſillæ. Hæ humiditatem à cerebro ſuſcipiunt, quam in ſalivam convertunt, laryngem, os, linguam œſophagumque humectare, nec non guſtu

guſtui inſervire, abſque madore non præſtabili. Hæ glandulæ ad linguæ radicem ſitæ, teguntur tunica oris communi, & venas à jugularibus accipiunt. Inferiores duæ pariter, utrinque una ad infimam partem laryngis. Hæ aliquando tument, adeo ut liquida non tranſeant, ſolida verò compreſſione viam impellant.

Primus tracheæ uſus eſt, ut pulmones per eam tanquam canalem, aerem in reſpiratione, attrahant, & per eandem aerem inutilem cum excrementis fuliginoſis emittant.

Secundus eſt, ut ſit vocis inſtrumentum, aſpera enim primò laryngi adaptat, in quâ aliquomodo formata, in palato, tanquam in ſuperiori barbiti parte, perficitur, Gargareonis vel uvulæ, plectro tanquam, adjumento.

Ultimus uſus eſt, ut tuſſi & ſcreatu expellatur quicquid à capite in pulmones tranſit. Aſthmatici enim manente illic viſcoſâ materia, non ſunt

pa-

paroxyſmo obnoxii, magno verò arteriæ ramo per eam obſtructo, ſuffocationis efficit periculum, donec aut materia expellitur, aut in pulmonum ſubſtantiam reditura eſt.

CAPUT XVIII.

De Oeſophago.

OEſophagus ſeu canalis per quam cibus potuſque ad ventriculum deſcendunt, ſubſtantiam habet mediam inter carnem & nervos, & ex triplici tunicâ conſtat.

Prima communis eſt, pertenuis fibris quaſi omnibus deſtituta, à peritonæo, & non à vertebrarum ligamentis orta, quippè ventriculi membranæ continua.

Reliquæ duæ ſunt propriæ, quarum media carnoſior, craſſior, & mollior eſt fibris tranſverſis pertexta, ut tranſitus cibi in ventriculum acceleretur. Infima nervoſior, & tunicæ ori in-

interiori, ipſis immo labiis continua. Fibras habet rectas ad cibi attractionem, quam in eſurientibus tam celerem violentamque percipimus, quod maſticandi tempus vix conceditur, antequam manu tanquàm devellicari invenitur.

Deglutitionis actio tribus muſculorum paribus cum ſphinctere gulæ adjuta eſt, qui & æſophagæus appellatur.

Primum par, cephalopharyngæum, à capitis cervicisque confinio demiſſum, æſophagum elevare inſervit. Par alterum, Sphenopharyngæum, obliquè deorſum inclinans æſophagi in latera, dilatationis cauſâ protenditur. Tertium, Stylopharyngæum, à ſtyliformi appendice initium ſumit, unde carnoſo, teretique corpore deſcendens in gulæ pariter, ab eo dilatatæ, latera terminat. Sphincter ab utroque ſcutiformis latere exortus, dum gulam aſtringit, cibum inhærentem deorſum pellit.

Ven-

Ventriculi hoc infundibulum ne-
ctitur faucibus, laryngique per ori
tunicam, ipſi & ventriculo continua-
tam; vertebris, tracheæ, & vicinii
partibus, per membranas ex dorſi li-
gamentis exortas.

Initium ducit ab extremo faucium
æſophagus, ubi laryngi conjunctus, &
utrinque tonſillas (membranis eju
humiditatem ad faciliùs deglutien-
dum adminiſtrantes) pertingit, &
inter aſperam & vertebras (quibu
incumbit) rectà deſcendens, ad quin-
tam thoracis vertebram tendit, ub
paulùlum ad dextram inclinat, ut aor-
tæ cedat, ad lævam tandemque ver-
gens, diaphragma perforat, & circ
undecimam dorſi vertebram ventri-
culi orificio ſuperiori unitur.

Venas accipit à cavâ, & à ramo por-
tæ coronario; arterias à cæliacâ, aor-
tæque trunco deſcendente; nervos
ſtomachicos dictos, à ſextâ conjuga-
tione inſignes, qui ſecuritatis cauſ
obliquè feruntur.

Uſu

Uſus eſt, ut per eum veluti per infundibulum, cibus potuſque in ventriculum deferantur. Hic verò obſervandum eſt, nobis deglutientibus, gula deprimitur & larynx attollitur. Unde venit Sorbendi & Spirandi, deglutiendi & expirandi, eodem inſtanti nota impoſſibilitas. Quod ſingulari Dei providentiâ eveniſſe exiſtimemus, Cujus nomini in æternum gloria, Amen.

Finis Sectionis Secundæ.

EXERCITATIONES ANATOMICÆ

SEU

Sectio tertia, de Structurâ atque uſu partium, ad Regionem ſupremam pertinentium.

CAPUT I.

De Capite.

INfimo medioque ventr ſupremum tandem adjun gimus, nobiliorum anim functionum ſedem, ratio nis ſapientiæque habitaculum, à qu tanquam fonte, infinitæ actiones beneficia oriuntur.

In ſummo poſitum eſt oculoru gratia, ut ſpiritus animalis ab eo, tu tanquam

anquam,corpus totùm gubernet mo-
ereturque , & ſingulas ad naturæ
ormam actiones præſtaret.

Optima capitis figura, rotunda eſt,
trinque leviter compreſſa , duabus
minentiis ſive projecturis antrorſum
: retrorſum extuberans. Si anterior
apitis projectura deeſt, tales putantur
nſulſi & amentes propter inopiam
erebri quod parte anteriori debet eſſe
opioſiùs. At ſi poſteriori carent me-
noriam habēt imbecillem. Ampli-
ido ejus mediocris, majus enim aut
ninus in vitium degenerat.

Dividitur in partem capillatam,
uæ calva, & glabram , quæ facies ap-
ellatur.

Anterior pars calvæ, à fronte ad ſu-
ram coronalem , penèque capitis
edium ſe extendens, ſinciput ; po-
erior ab initio ſuturæ lambdoideæ ad
imam cervicis vertebram , occiput,
ter has media vertex, dicitur , à quo
aliquibus duplici, δικόρυφοι nuncu-
ntur. Partes laterales temporum

nomen habent, quia ætatem, cavitate, canitie, vel glabritie ſuâ indicant.

Partes ſunt vel continentes, vel contentæ.

Continentes communes ſunt, ut Cuticula, Cutis, pinguedo, membrana carnoſa, vel propriæ, quæ vel externæ, ut pericranium & περιόστεον capitis muſculi oſſaque, aut internæ meninges duæ.

Contentæ ſunt cerebrum & cerebellum; à quo medulla, extra cranium ſpinalis dicta, exoritur. Partem capitis glabram faciem ſcilicet, verſus finem ſectionis hujus tractabimus.

CAPUT II.

De partibus capitis communibus, ac continentibus.

QUanquam antehàc communium partium retulimus hiſtoriam nihilominus, de eis capitis, à cæte-

orporis aliquantulum differentibus, aulò admodum inſiſtemus. Primò-ue de cæſarie quam in cute capitis, œcundam pariter ac denſam, provida roduxit natura, non ornamenti po-iſſimum ſtudio; ſed ut noxium Bo-eæ frigus, & æſtuantes ſub acriore ole radios, nonnihil excluderet.

Dividitur in partem ſupremam, uæ interdum finditur, mediamque uæ flectitur, & infimam, ad radicem, uæ humidâ mucoſaque ſubſtantiâ gglutinatur. Nihil aliud eſt quam xcrementum, è portione ſuperfluo-um tertiæ concoctionis denſiori & errenâ efformatum, tranſpiratione nſenſibili non conſumendâ.

Capilli dicuntur, quaſi capitis pili, à 'olluce & Eſchylo *κύρση*, à *κείρω*, :indere. Hi totius corporis ſunt lon-iſſimi, quia cerebrum (ſecundùm riſtotelem) magnum viſcoſæ mate-iæ ſupplementum, eorum nutritioni ræbet.

Capitis & palpebrarum pili, in ipsâ

uterinâ fætûs formatione exiſtunt. ...
reliquo corpore ſecundum ejus incr...
mentum, ariditatemque oriuntur
accreſcunt, cujuſmodi ſunt mentum
axillas, inguina, reliquasque corpo...
partes obtegentes.

Cutis caput velans valdè craſſa ...
(cuticulaque) thoracis eâ & infim...
regionis craſſior, rara verò, porisq...
plena apertis, ut fulginoſa emittant...
excrementa ad cæſariem generandu...

Subjecta cuti eſt pinguedo, ſ...
exigua admodum, (eaque præſerti...
in occipite) ne vaporum tranſpirat...
denſitate ſuâ impediatur.

Pinguedini proximus, eſt pannic...
lus carnoſus, pilorum ſeminarium, ...
fundamentum, Cuti in fronte firm...
ter adhæret, quia non adeſt pingued...
quæ eos ſeparet, & cutis motum i...
pediat.

CA...

CAPUT III.

De Pericranio & Perioſtio.

PEricranium ſic dictum, quòd os cranii extrinſecùs cingat, eſt nembrana tenuis & mollis, at (ſecun-lum Laurentium) denſa ſolidaque nter panniculum carnoſum & περιό-ςεον ſita, quibus utriuſque per fibras uaſdam alligatur.

A craſſâ producitur meninge, quæ ranii ſuturis adhæreſcens, indéque bras elapſa, ita extenditur, ut exte-iorem hanc conficiat membranam, uæ magnâ naturæ providentiâ ſupra alvariam expanditur, ut muſculos ndè orientes firmiſſimo contineat mplexu. Qualis ſunt temporalis, oto in corpore robuſtiſſimus, qui um ſuo pari, maxillam conſtringit levatque. Revera muſculi capitis ermulti ſunt, aliqui ab infimâ cranii arte oriuntur, alii ſubter frontis cute

(oculorum uſu eam movente) diſpo-
nuntur. Aliqui etiam ſubter calvâ lo-
cantur, Alii maxillam inferiorem ſpe-
ctant (Superior enim immobilis) qui
omnes ad muſculorum hiſtoriam per-
tinent.

Uſus eſt cranium (ligamenti quaſi
inveſtire, meningemque ei alligare
ne ſuper cerebrum incideret. Mem-
brana hæc palpebris ſubtenſa, con-
junctivam oculi tunicam conſtituit.

Subter hâc incumbit membrana te-
nuiſſima περιόστεον dicta, id eſt, circum-
oſſalis, oſſa enim omnia (præter-
quam dentes, partem cranii interio-
rem, & oſſium articulationes) cir-
cumcingit. Si ad articulos enim ex-
tenſa fuiſſet, abque dolore non move-
rentur.

Membrana hæc nervea, cranio
cum oſſibus reliquis, æqualiter adhæ-
ret: Senſu donatur exquiſito, propter
nervos, qui per occiput & tempora, a
eam ſparguntur.

CAP.

CAPUT IV.

De Suturis & Cranii Subſtantiâ.

SUtura eſt connectionis ſpecies, duarum ſerrarum compagem imitans. Tales in humano capite plures ſunt, caput enim abſque ſuturis rarò inveniendum; coronalis verò aliquando deletur, ubi omnes deſunt, dolor perpetuus caput infeſtat.

Suturarum aliæ communes ſunt, aliæ propriæ.

Communes ſunt tres. Prima, os occipitis à ſphenoide ſecernit, & totum os cuneiforme circundat. Secunda ex cavâ temporum prodiens, maxillam diſtinguit à fronte. Tertiam aſſignant Anatomici Recentiores, os frontis à cribroſo dividentem.

Propriæ numerantur quinque, tres veræ, duæque mendoſæ aut Spuriæ. Prima propriarum anterior eſt, & dici-

dicitur coronalis, quod ea capitis par[illegible] coronæ geſtari ſoleant. Hæc ſum[illegible] mum capitis ad tempora, obliquat; [illegible] os frontis ab eo ſincipitis diſtingui[illegible] Secunda Sagitalis eſt, quæ in capit[illegible] longitudinem porrigitur per medium[illegible] ab ipſa lambdoidea ad coronalem[illegible] quandoque ad naſum uſque, præſer[illegible] tim in infantibus, & in aliquibus a[illegible] ſeptimum ætatis annum. Tertia à fi[illegible] gura nuncupatur lambdoides, quæ o[illegible] occipitis à ſincipitis oſſe diſtermina[illegible] Mendoſæ duæ vocantur ſquamoſæ[illegible] corticales, & temporales quia tempo[illegible] rum oſſa circumſcribunt. Squame[illegible] hæ agglutinationes commiſſuræ po[illegible] tius quam Suturæ appellentur. Hi[illegible] Suturarum omnium eſt numerus, qu[illegible] oſſa cranii conjungunt.

Uſus earum eſt, primò, duram meningem cranio alligare, ne cerebrum comprimatur. Secundò, liberam vaporibus fuliginoſis tranſpirationem dare. Tertio, vaſis viam præbere, puppis venarum ſcilicet ac reli-

qua-

quarum, perioſtei & pericranii nutritioni inſervientium. Quarto ne unius oſſis fractura alteri communicetur. Quintò & ultimò ut medicamentorum externorum vis altiùs penetret.

Subſtantia Cranii pro ætate varia, in nuper natis enim cartilaginea ac membranea exiſtit, præſertim circa ſuturas, & in mediâ ſupremâque regione capitis, ob partum faciliorem, ut nonnihil cedat compreſſioni. Oſſea eſt in adultis ad defenſionem partis nobilis ſub eâ contentæ, rara ne pondere gravet, poris etiam plena, ut fuliginoſa excrementa facilius tranſpirent.

Hæc verò cranii ſubſtantia ex duplici tabulâ conſtat. Superior eſt inferiore craſſior ac durior, magiſque polita. Inferior verò aſpera, ſulciſque (ob tutiorem vaſorum tranſitum) exarata.

Duplex hæc tabula (multis foraminibus perforata, per quæ vaſcula, ad cavitatem internam, uſque ad duram

meningem tranſeunt) admirabili na-
turæ conſilio fuit conſtructa, ne in
omni capitis percuſſione, totam oſſis
ſubſtantiam ictus penetraret. Hinc
interdum evenit unius tabulæ fiſſura,
alterâ illæſâ.

Inter has duas laminas, ſpongioſa
quædam eſt ſubſtantia, ſuccum me-
dullarem ac rubicundum, ad iſtorum
oſſium nutritionem, excipiens.

Meditullium hoc duplici tabulato
cranii interjectum, ab Hippocrate
διπλοὴ vocatur, ubi nonnunquam
humor, (quandoque hydrargyrum)
tranſcolatione quâdam colligitur, qui
acerbiſſimos inducit cruciatus, quod
quidem in lue venereâ inveteratâ fre-
quentiùs accidit.

Octo ſunt oſſa cranii; os frontis,
duo oſſa ſincipitis, duo oſſa tempo-
rum, os occipitis, Sphenoides, & Eth-
moides. At hæc ad hiſtoriam oſſium
pertinent.

CAP.

CAPUT V.

De Meningibus.

SIcut venter infimus, ejuſque partes peritonæo circundantur, mediaſque pleurâ, ita duæ membranæ extenduntur ſuper cranii cavitatem, quibus Græci meningum, matrum Arabes nomen impoſuerunt. Quoniam ab his reliquas corporis membranas propagari exiſtimârunt.

Harum exterior meninx craſſa, vel mater dura dicitur, cujus figura, ac magnitudo oſſibus calvariæ, proportione reſpondet. Nullus enim in cranio extat ſinus, nulla cavitas, quam tunica hæc non impleat.

Cranii Suturis firmè conjungitur (molem enim cerebri totam ſuſpendit) potiſſimum verò oſſi ſphenoidi. Alibi, tam à cranio tenuique meninge recedit, quam augmentum cerebri, decrementumque requirit. Immo cere-

brum laxo amplectitur ambitu, ne ejus elevationi vel depreſſioni obſtaret.

Superficies externa, cranium reſpiciens, dura eſt & aſpera, minoriſque ſenſus, ut oſſis contactum illæſa ſuſtineat; interna verò lubrica, lævis, & candida, humore aqueo perfuſa.

Cuticularis hæc membrana, venis & arteriis plurimis dotata, proceſſu duplicatur gemino, quorum qui ſupra medium cerebrum antrorſum porrigitur, figuræ quadam æmulatione falx nuncupatur: alter brevior eſt, & cerebri, cerebellique limites definit.

Inter has duræ meningis διπλόας, ſeu duplicaturas, conſpicui ſunt quatuor ſinus, à Galeno ventriculi membranæ craſſæ appellati, ab aliis Sanguiductus, canalium inſtar, ſanguinem in cerebri ſubſtantiam undique effundentes.

Ex his primi duo laterales ſunt, quorum ortus eſt ad baſin occipitis, juxta foramen ſpinalis medullæ, ubi jugu-

jugulares internæ ingrediuntur, deſinunt verò ad medium lambdoidis, (prope cujus latera exiſtunt) & cerebelli ſummum, ubi coeuntes, conſtitunt unam cavitatem communem, ab Herophilo ληνὸν appellatam, quòd ab eo torculari tanquam, ſanguis è venis & arteriis in cerebri ſubſtantiam, æquè ad ejus vitam & nutrimentum, ac ſpirituum animalium generationem, exprimatur. Ex horum concurſu ſinus oritur tertius, qui ſub ſagittali ſutura, inter latus cerebri dextrum & ſiniſtrum, à parte lambdoidis ſuperiori, ad narium oſſa progreditur. Hic à Galeno interdum vena dicitur, quod ſanguinis copiam contineat. Quartus brevis eſt, & (cum tertio) à torculari incipit, & inter cerebrum & cerebellum, ad nates, pinealemque glandulam decurrit.

Hi ſinus (in quos jugulares internæ ſeſe exonerant) quamvis venæ nec arteriæ tunicam habent, officium utriuſque præſtant. Et quia cerebrum,

 ob

ob magnitudinem ejus quantitate ſanguinis permagnâ indiget, nihilominus verò nullos venarum & arteriarum ramos, ejus ſubſtantiam penetrantes, admittere poteſt eximios, hos (eorum vice) ſinus natura efformavit, ut totam ejus ſubſtantiam pertranſirent atque irrigarent, in eos enim, magna venalis, & arterialis ſanguinis copia continuò effunditur.

Uſus eſt, cerebrum, nervos, medullamque ſpinalem veſtire; arterias (nec non cerebrum) in dilatatione defendere, ne duritie cranii lædantur; Cerebrum in dextram ſiniſtramque partem diſtinguere, & idem à cerebello.

Detractâ craſſiore membranâ, conſpicua eſt λεπτὴ μήνιγξ, quæ cerebrum ejuſque partes, immediatè ſuccingit.

Ex infundibulo procedit cerebri, ubi arteriæ parvæ, à carotidibus ortæ, in cerebrum ad latera ſphenoidis tranſeunt. Extra cranium, medullam

dorſi

dorſi & nervos veſtit, immò ipſa oſſa â videntur obtecta, quæ cum uſu nomen immutans, περιόστεον dicitur.

Pia hæc mater tenuis eſt, ut in omnes cerebri ſinus ſeſe inſinuet, abſque ullâ offenſione; mollis eſt, & ſenſûs exquiſiti, quod (ut volunt quidam) Senſitivam cerebro communicet virtutem, & eſt ipſum tactûs inſtrumentum. Hæc etiam membrana, vaſcula eam percurrentia confirmando, inſervit.

Dura equidem piaque mater, læſæ, acerrimum, efficiunt dolorem, quod anſam obtulit aliquibus affirmandi, membranas potiùs quam ipſum cerebrum ſenſûs Authores eſſe, quia in ejuſdem morbis, ut in lethargiâ (cæteriſque ejuſmodi) pars affecta, nullo vel minimo doloris ſenſu perturbatur.

CAP.

CAPUT VI.

De Cerebro.

CErebrum à Græcis ἐγκέφαλος dictum, facultatum omnium ſedes eſt animalium, animæ ipſius palatium, ſenſûs & voluntarii motûs origo.

Poſitum eſt ab architecto provido intra validum cranii munimentum, ut externis injuriis foret minùs obnoxium. Figurâ cranio reſpondet, quamvis ab eo non conformetur; antrorsùm paulò anguſtius, retrorsùm latius, & utrinque leviter depreſſum.

Magnitudo ejus in homine inſignis, ſuis enim membranis, glandula pituitaria, vaſisque ad id aſcendentibus, totam cranii circumferentiam adimplet, & diſtantiam ad ſyſtolen ac diaſtolen ſolummodò æquam relinquit. Immò diſſectum, quatuor vel quinque libras pendere invenitur, nam quoad hominis magnitudinem, pondus

lus cerebri varium, quod cum lunâ
ccreſcit, decreſcitque.

Hæc animæ ſenſitivæ turris, in con-
ractione, ſpiritus animales propellit
n nervos, per totum corpus diſſemi-
natos, quà ſentiendi movendique fa-
cultatem communicat. In dilatatione
ſpiritus vitales attrahit ab arteriis caro-
tidibus, aeremque per nares; adeò ut
ſpirituum animalium materia ſit ſan-
guis arterioſus, vitali ſpiritu aereque
inſtructus.

Cerebri autem ſubſtantia non motu
animali nec voluntario movetur, at
potius naturali & peculiari, ſpirituum
generationi, nutritioni expurgationi-
que inſerviente. Et hic ejus motus
duplici officio inſervit, primò aerem
in cerebrum, ob augmentationem,
ventilationemque, deferre. Secundò
odoratum efficere.

Dividitur in partem dextram &
ſiniſtram falcato duræ matris pro-
ceſſu, quæ partitio ad cerebri centrum
uſque ad corpus calloſum pertingit.
Et

Et hoc in cauſâ eſt, latere uno affect
alterum nullo dolore eſſe occupatum.
Uſus hujus diviſionis eſt, vaſa tenu
à dura meninge procedentia, ob cere
bri nutrimentum, tutiùs deferre.

Subſtantia ejus mollis eſt, alba, &
medullaris, ex puriſſima ſeminis &
ſpirituum portione conſtructa. Tota
autem ſubſtantia non eſt perfectè alba;
quæ enim anfractibus proxima cine
ritio apparet colore, quia venul
multiplices per eam diſſeminantur.

Mollis eſt, ob faciliorem ſpirituum
impreſſionem, nihilominus tamen ad
modum ſolida, ne impreſſiones ipſiu
ſtatim evaneſcant, quod in aquâ reli
quiſque corporibus fluidis accidit.

Cerebello exiſtit mollior, quia prin
cipium eſt nervorum mollium ad ſen
ſûs organa pertinentium. Cerebellum
verò duriorum eſt origo, qui nerv
vulgò æſtimantur motorii, qui ad
reliquum corpus inde tranſirent.

Temperamentum ejus eſt frigido-
humidum, unde μητρόπολις τῆς ψυχῆς

ἢ τοῦ κολλώδεος ab Hippocrate voca-
ur. Viſcoſi ad animales ſpiritus ſubti-
iores retinendos, qui alioquin citò
angueſcerent & conſumerentur: Fri-
gidique, ne pars rationis exercitio de-
ſtinata, motu perpetuo & cogitatione
nflammetur.

Venulas ſuſcipit cerebrum ab inter-
nis jugularium ramis, tubuloſque è
ſinibus duræ matris ſanguinem deve-
hentes: Arterias à carotidibus atque
iis per vertebras exortis. Subſtantia
propria nullum poſſidet nervum,
adeoque ſenſus eſt expers, licèt nervis
omnibus originem præbeat.

Superficies externa, ſubcineritia po-
tiùs quam candida eſt, multos habet
anfractus (& ob vaſorum tutelam,
quæ tenuem attendunt meningem, ac
ad ſpirituum ſanguiniſque recreatio-
nem) quorum non pauci internam
cerebri ſubſtantiam penetrant, undè
hanc cerebri partem varicoſam appel-
lant.

Si ſuperficies fuiſſet æqualis, vaſcu-
la

la ruptioni forent obnoxia per diaſto-len & ſyſtolen, præſertim in plenilu-nio, cum cerebrum humiditate magis turgeſcit.

Superficies interna eſt magis ſolida ac candida (ut ſpiritus eſſent limpidiſſimi & non (ut in melancholicis) obſcuri ac tenebricoſi) & hoc corpus calloſum dicitur, cujus uſus eſt cerebri pondus ſuſtinere, & utrunque ejus latus conjungere. Geminis ventriculis dextro & ſiniſtro excavatum apparet.

Hâc parte remotâ, quæ ad medium ſita, quatuor extuberantiæ ſunt conſpicuæ, duæ anteriùs ad ſedes ventriculorum, duæ poſteriùs fornicem conſtituentes.

Etiamſi cavitas in cerebro exiſtens per totam continuetur, nihilominus ob diverſam ejus formationem, ex partis unius dilatatione, alterius contractione, in locos quoſdam diviſerunt Anatomici, quorum ampliores, ventriculos, anguſtiores, meatus nuncuparunt.

Ven-

Ventriculos à Galeno κοιλίους voca-
os Herophili diſcipulus quatuor enu-
neravit, duos anteriùs, unum ad dex-
ram, alterum ad lævam; in medio
ertium, quartum, cerebello ſpinali-
que medullæ communem affirmat.

Primi duo ſuperiores dicti è medul-
â formantur cerebri, & reliquorum
omnium ſunt ampliſſimi. Situ, figu-
â, uſu, & magnitudine æquales. Se-
undum capitis longitudinem pro-
urrent, parte anticâ & poſticâ, latio-
es & magis disjuncti, mediâ, minores,
ubi tenui quodam ſepto (quod luci-
dum dicitur Speculum, quoniam ad-
moto lumine tranſparet) dividuntur.
Hi deſinunt in cavitatem communem.

Hos inter & fornicem, venularum
textura arteriarumque locatur, plexus
choroides appellata. Sicuti ſpiritus
animalis in rete mirabili primò præ-
paratur, ita hic magis elaboratus eſt, &
in ventriculo quarto perfectus, ſed to-
to in cerebro, tanquam repoſitorio
ſervatur.

Pro-

Proceſſus mammillares qui ad inſ
mam ventriculorum partem deſce
dunt, ad oſſa narium perforantu
tenuique tantum velantur membra
ne ex cranio excidant. Commun
ſunt hæc aeris, odorumque vehicu
ideoque dicuntur olfaciendi inſtr
menta, & per hæc excrementa à cer
bro in nares defluunt.

Horum uſus ventriculorum e
ſpiritus animales præparare, qui
aere inſpirato, & vitali ſpiritu per c
rotides ad plexum choroidem ded
cto, efficiuntur. Excrementa à nut
mento cerebri prodeuntia collige
etiamque recipere, & ſic per meatu
communem, in pelvim tranſmitte
qua tandem ad fauces deſcendant.
peculiare beneficium eſt, phantaſian
tanquam idoneo habitaculo, hoſpita
eò quod mens, rerum ſpecies à ſen
bus externis inductas, illic æſtimat o
dineque diſponit, ut verum earum
ratione judicium medio in ventricu
reſidente ſuſcipiat.

Subtr

Subter his retrorſum eſt teſtudo, c dicta quod teſtudinis inſtar in ædi- ciis, cerebri molem, aliàs in cavitates aclinantem, ſuſtineat. Corpori cal- ɔſo, tribus ſuffulta cruribus, ſubjacet, uorum duo verſus cerebri baſin eorſum porriguntur, tertium ad na- am extenditur ſub ſepto lucido, uod nihil aliud eſt quam portio ce- :bri mediocriter ſolida, at valdè luci- a, ut per hoc ſeptum ſpiritus anima- :s, duobus hiſce ventriculis con- :nti, mutuò tranſeant, & commu- icentur.

Sub Camerato hoc corpore tertius pparet ſinus, qui nihil aliud eſt quam ɔriorum concurſus paulò retrorſum xtenſus. Ad utrunque latus hujus ertii, corpuſcula quatuor apparent, luo ſuperiora, ob figuram nates, ſub uibus præterea duo, quæ teſtes udiunt, corpora duriuſcula rotun- daque.

Ventriculus hic tertius, à Galeno avitas communis dictus, duos habet meatus,

meatus, quorum alter ad cerebri ba
ſin, per quam primorum pituita, de
ſcendit. Alter, priore amplior, ſub te
ſticulos & nates procurrens in ventri
culum quartum progreditur, eiqu
viam præbet, cujus ad introitum pi
nealis glandula ſedem obtinet, ut ſpi
rituum à tertio ad quartum conſerve
tranſitum.

Tertii beneficium ventriculi eſt
tribunalis inſtar, rationali inſervir
facultati, cùm mens ab objectis elicia
concluſiones.

Præterea ad primum tertii huju
ventriculi foramen, vel ad latera ori
ficii ſita eſt pelvis, ſeu infundibulum
excrementa cerebri craſſiora in ventri
culis congeſta, recipere, & ad glandu
lam pituitariam ea tranſmittere, deſti
nata. Dura componitur mening
(multis intertextâ venulis) cerebr
baſin circundante. Piâ enim hâc ma
tre extenſâ, rotundus efficitur pro
ceſſus, ſeu productio, cujus ortus la
tior eſt, deſcenſus verò anguſtior, &

deſcenſu ſuo matre dura contegi-
ır.

Glandula pituitaria ſub meningi-
ıs locatur ad infundibuli extremum
ſellâ ſphenoidis. Reliquis compa-
ior eſt glandulis, ſupernè cava, in-
rne gibboſa, & fere quadrata. Caro
æc bibula, pia matre obtecta, (cujus
eneficio oſſi alligatur, etiamque duo-
us carotidum arteriarum ramis, per
tera ejus erepentibus) Spongiæ in-
ar, excrementa cerebri recipit ad pa-
tum quandoque demiſſa; interdum
rò per foramina in inferiore cranii
rte locata, delabi permittit. Infun-
bulum etiam (quoad Galenum)
erire inſervit, ne ſpiritus animales
rediantur.

Rete mirabile ab arteriis carotidi-
ıs fabricatur, quæ à corde per tho-
cem, cervicemque in caput dedu-
ntur, ad baſin cerebri, juxta nervo-
m opticorum originem, ubi rete
c efformatur; non ſimplex, at di-
rſorum inſtar retium, ſuper alterutra

congeſtorum, quæ ſeparari non po[illegible]
ſunt. Hic pro tempore reſident ſpir[illegible]
tus animales, quorum materia vita[illegible]
eſt, & elaborati concoctique, [illegible]
plexum evolant choroidem ubi mag[illegible]
perficiuntur, unde in ventriculos cer[illegible]
bri devehuntur.

Ventriculus quartus, quem cal[illegible]
mo ſcriptorio Herophilus aſſimila[illegible]
ſpinali medullæ & cerebello interjac[illegible]
Omnium minimus eſt ac ſubtiliſ[illegible]
mus, ovalemque habet figuram, ſ[illegible]
pernè latior, infra anguſtior, donec [illegible]
acumen deſinat. Hic ſpiritus in m[illegible]
dullam ſpinalem dirigit, & ſecundu[illegible]
Arabes, memoriæ ſedem obtinuit[illegible]

Cerebri uſus eſt ut animæ ſenſiti[illegible]
domicilium eſſet, ad functiones a[illegible]
males edendans; ut in ſubſtan[illegible]
ejus ſpiritus elaborentur animal[illegible]
indeque ad omnia ſenſûs moti[illegible]
que inſtrumenta, deriventur; [illegible]
quâ quidem ſubſtantiâ, nervi omn[illegible]
ſpinaliſque medulla ortum ſuum ex[illegible]
piunt. Hæc anterioris cerebri & ſ[illegible]

nlarum ejus partium brevis eſt de-
ſcriptio ; jam nervorum qui à cere-
o oriuntur, cerebelli, nec non ſpi-
lis medullæ hiſtoriam ſubtexturi.

CAPUT VII.

De Nervis à cerebro exortis.

Nter nervos qui intra cranium ſuos habent exortos, optici primò oc-rrunt, ampliſſimi toto in corpore, olliſſimique.

Par hoc oritur è medio baſis cerebri viſum, & mediâ in viâ juxta ſphe-idem, unitur; non per interſectio-m nec per contactum ſimplicem, d per ſubſtantiæ confuſionem, & ſic rpus unum commune conſtituit, edullâ internâ commixtâ. Mox rò diſcretum per foramen utrum-e primum oſſis cuneiformis in ocu-centrum inſeritur.

Subſtantia interna medullaris eſt, aptiorem ſpirituum devectionem, nec cryſtallinum attingit, ubi dila-

tata, reticularem conſtituit tunicam
Externa membranea eſt, duabus cere-
bri meningibus efformata, ex craſſi
corneam, è tenui uveam tunicam con-
ſtruxit. Et ſic ſpiritus animalis nervi
hujus continuitate, ad pupillam, ſe
uveæ foramen membranæ transfer-
tur.

Par ſecundum nervorum eſt oculo-
moventium, motorium inde appella-
tum. Juxta primum, originem acci-
pit: & ad ortum ſic jungitur, ut unum
angulum efficiat communem; und
oculo uno movente, alter etiam mo-
vetur.

Ab hoc, ramuli aſſurgunt plurimi
primus in muſculum palpebras ap-
rientem, & oculos attollentem diſpe-
gitur, Secundus in deprimentem, ter-
tius in adductorem, quartuſque
circumagentem; & aliquæ horum
fibræ ad ipſas oculorum tunicas, qua-
doque ad muſculos temporales
feruntur. Adeo ut paris hujus fu-
ctio ſit oculorum muſculis facult-

te

rem motivam impertire.

Par tertium ad baſis cerebri latus exoritur, juxta ſpinalem medullam, quod rectà repens, ac matrem duram penetrans, cum ſecundo, commune foramen intrat in orbitam oculi, & ſic in ramos parvulos ſeſe diſterminat.

Primus per adipem oculi aſcendit, & ad frontis foramen oſſis emergens, cuti & palpebræ ſuperiori motum concedit.

Secundus ad partem ſuperioris maxillæ anticam deſcendens, in ſuperioris labii naſique muſculos, diſpergitur.

Tertius per oculorum carunculam in tunicam narium interiorem progreditur, unde ſenſu dotata acutiſſimo, & leviter tacta, producit ſternutationem. Hic etiam parvum præbet ſurculum membraneo muſculo, qui nares contrahit.

Par quartum circa prioris ſedem exſurgens, per foramen ſextum oſſis

ſphenoidis deſcendit, & poſtqua[m] partibus quamplurimis ramos impe[r]tivit, videlicet, maxillæ ſuperio[ri] dentibus, palato, gingivis, &c. fert[ur] in foramen inferioris maxillæ inte[r]num, dentiumque radicibus ſurcul[os] præbet, atque denuò egreſſum, lab[io] inferiori, ejuſque cuti, ſeſe commun[i]cat. Qui ſupereſt ramus hujus pa[ris] inſignis, tranſiens per muſculos in o[s] latentes, ad latera linguæ diſpergitu[r], & ſic guſtus ſaporeſve diſtinguen[di] potentiam, ei miniſtrat.

Quintum, exoritur à baſi cereb[ri] ubi cerebelli portione conjungitu[r]. Duobus præditum eſt ramis, un[o] molli, altero duriore: qui membr[a]nam perforantes, ad os petroſum & i[n] in cavitatem tympani abducuntu[r]. Aliqui paris hujuſce ſurculi ad lary[n]gis, linguæque muſculos excurrun[t], unde miranda quædam inter aure[s], linquam, laryngemque ſympathi[a]. Nam qui à prima conformatione ſu[r]di, ſemper muti, exiſtunt: Et ſi aur[is] mem-

membranam ſpecillo profundiùs attrectes, ſtatim ſicca excitabitur tuſſis.

At mollior paris hujus portio, duriorem comitans, nervus eſt equidem auditorius; ſupradictæ enim cavitatis extremum attingens, membrana tanquam dilatatur, & peculiare auditûs organon evadit, ſpiritus omnes ei inſervientes ſubminiſtrans.

Par Sextum, paulò infra quintum exoritur, non cum unico at multis nervulis, diſcretis, qui mox uniuntur; quamvis non ita nectant, ut modò unicum at duos ſemper diſtinctos efficiant, unicâ nihilominus continentur membranâ, à durâ meninge procedente, quod quidem multos fefellit. Par hoc ita conjunctum, deſcendit ubi major jugularis internæ ramus aſcendit, & ſic diffundit ſe, ut recurrentem, coſtalem, ramumque ſtomachicum efficiat.

Septimum, è medullâ cranio jam egreſſura procedit, & in ortu ſuo varios habet ſurculos, poſtea unitos, &

per obliquum occipitii foramen tranſiens, immiſtum licet, priori, per membranas validas, ſecuritatis cauſa annectitur. Tunc ſeparatum, ſurculos ad linguam plurimos, pauciſſimos verò ad laryngis muſculos, emittit.

Par octavum, prodit è medulla cerebri, nervum ſupra auditorium inter ſecundam tertiamque conjugationem, & ſic in oculi orbitam abit, & in iſtum oculi muſculum, qui eum ad angulum exteriorem attrahit, fertur, conſumitur.

Nonum, nervi ſunt odoratûs quorum proceſſus dicuntur mammillares. Principium ducunt exile à baſi cerebri, ultra foramen proceſſus petroſi, quod nervum quinti paris admittit, paulatimque viciniores facti, ſupra os ethmoides feruntur. Galenus cum Marino, quos Anatomici fere omnes ſecuti ſunt, hos nervorum nomine non honorarunt, quamvis cum eis colore, ductu, uſuque concordent, quoniam in productionibus nervorum reli-

reliquos non imitantur, nec craſſam penetrant meningem: Nullum verò aliud ſophiſma committere videntur, quàm qui dentes è numero oſſium expulerunt quia cum reliquis membranâ externè non veſtiuntur, quamvis nec hoc oſſium ſubſtantiæ, neque illud nervorum, aliquid contribuat.

CAPUT VIII.

De Cerebello.

CErebellum, Græcis παρεγκέφαλις, comparatione cerebri eſt corpus ſolidum in duos quaſi globos diſtinctum, inter quos proceſſus duo, vermiſormes dicti (unus ad anteriorem alter ad poſteriorem) apparent, ut tranſitum ſpiritibus in ſpinalem medullam effluentibus continuò apertum teneant.

Situm eſt in infimâ cranii parte ſub cerebro, cujus baſis præbet ei princi-

pium. In medio, latum habet ſinum at non adeò profundum, qui ſedem ventriculi quarti conſtituit altiorem. Intra, nullas habet cavitates prout Cerebrum quia paucioribus abundat excrementis, quæ collecta faciliùs emittuntur.

Magnitudo ipſo cerebro longè inferior, à quo durâ matre partitur, ut vaſa in profundum cerebrum tutiùs deferantur.

Cerebellum hoc, quod implet totam occipitii regionem, & utraque membrana velatur, colorem habet cineritium, & nullibi candidum niſi in ſinûs ſuperficie.

Quoad uſum, exiſtimat Galenus ſpiritum animalem totâ cerebri ſubſtantiâ, & non ſolummodo in ventriculis, contentum, hoc in cerebello copiâ quàm magnâ recondi, quia nervorum omnium toto in corpore diſperſorum eſt fons & origo. Et Varolius concludit, prout ipſum cerebrum oculorum gratia objectorumque, ita

cere-

cerebellum, ſpecierum uſui reſonantium, factum eſſe ac accommodatum. Immo quia ſpecies ſono apprehenſæ, ariditatem quandam organo ſuo exigunt (ut Hippocrates egregiè fatetur) idcircò natura cerebellum hoc formavit, quod ut cerebro ipſo verè durius, ſic quoque aridius, invenitur.

CAPUT IX.

De Spinali medulla, ejuſque Nervis.

MEdulla (propriè loquendo) eſt ſimplex, humida, & pinguoſa ſubſtantia, abſque ſenſu, & in oſſium cavitate contenta. Alba eſt equidem & quaſi ſpermatica, at iſtam ab oſſibus recipit mutationem, intra quæ locatur ut ea motu aliiſve cauſis violentis calefacta & exſiccata enutriat reficiatque.

De Cerebro ejuſque medullâ impropriè prædicatur, quæ ab illâ oſſium

quamplurimum differt, non enim li-queſcit, prout medulla, nec flammam concipit, & ultra hoc utraque cerebri meuſnge veſtitur.

Præterea ut à communi diſtinguatur medullâ, quæ à ſanguine originem ſumit, à Galeno ῥαχίτης, ab Hippocrate νωτιαῖος dicitur, ab aliis cervicalis & lumbaris, quia per collum, dorſum, lumboſque deſcendit, & totam ſpinam adimplet: partem cujus perforatam ἱερὸν σύριγγα veteres appellarunt.

Subſtantia eidem in baſi cerebri, vel potiùs medullâ globoſâ, reſpondet; Ita tamen ut durior ſit & coloris albedine diſcreta, omnibuſque libera anfractibus, quia ad recipiendum ſolummodo, & recepta non ulterius elaborandum, conficitur.

Figura eſt oblonga, ad initium craſſa & perampla, donec ad lumbos advenit, & tunc durior anguſtiorque evadit. Venas habet & arterias per foramina vertebrarum ei diſtributas,

ut

ut ſanguine ſpirituque vitali imbuatur. Pars ejus cranio inhærens, ſuper magnum occipitis foramen, digitos quatuor transverſos longitudine æquat.

Dividitur in partem dextram & ſiniſtram uti & cerebrum: quæ per tenuem meningem immediatè eam involventem, ſe junguntur. Hinc paralyſis uno tantùm in latere accidere ſolet.

Circa ſextam ſeptimamque thoracis vertebram in multos quaſi funiculos ſeparari incipit, qui in parva piloſaque filamenta terminantes, equinam caudam repreſentant. Unde apparet læſionem in inferiori Spinalis medullæ parte, eſſe magis pernicioſam quam in supremâ, quià inferiùs nervoſior eſt ſuperiùs medulloſior.

Tribus obducitur membranis. Prima immediatè cingens eſt à tenui meninge; ſecunda ex craſſa & alteri adhæret; tertia oritur ſecundum Galenum à valido ligamento anteriores

partes vertebrarum colligante: Nervoſa hæc membrana, medullam firmat ſpinalem, & à laceratione in motibus violentis conſervat. Huic circumfunditur craſſus & viſcoſus humor, ut etiam reliquis artubus movendis, ne nimis exſiccati afficiantur dolore, & ſic motus impedirentur; quam naturæ ſapientiam imitantur aurigæ, cum curruum rhedarumque axes viſcoſo mollique ſubterliniunt adipe, ut promptiori gradu moverentur.

Spinalis medullæ dignitas eſt æqualis cerebro, quo cum hæc habet communia, Primò ſubſtantiam; ſecundò quod ſit origo nervorum, & utraque circundetur meninge. Poſtremò motus eoſdem ſyſtoles & diaſtoles, quos cerebrum, obtinet. Cùm dilatatur, ſpiritus animales à quarto ſuſcipit ventriculo, & cum contrahitur, in nervos inde orientes effundit.

Uſus medullæ ſpinalis eſt, ut ab ea tanquam altero cerebro multi prodeant nervi, qui facultatem animalem,

ſenſum

ſenſum motumque ac ſpiritum animalem ad partes capiti ſubjacentes transmitterent.

Præterea per foramina vertebrarum ſunt nervi plurimi ex medullâ ſpinali prodeuntes. Inprimis ſeptem ex medullâ feruntur paria dum in cervice exiſtit. quorum

Primum & ſecundum præ reliquis omnibus hoc habent peculiare, ut non à latere ſed partibus antica & poſtica prodeant. Prima conjugatio, inter occiput & vertebram primam orta, poſteriore ramo in parvos occipitis & vertebrarum, anteriore in æſophagi collique muſculos, inſeritur. Secunda ſocietas priore ramo in faciei cutem abſumitur, poſteriore in muſculos ſecundæ vertebræ occipitique communes.

Par tertium, inter ſecundam tertiamque vertebram erumpens, in duos ſtatim dividitur ramos, quorum anterior in muſculos collum flectentes, poſterior in caput collumque extendentes, inſeritur.

Quar-

Quartum tranſit in muſculos brachium & ſcapulas attollentes, etiam que ad diaphragma. Quintum pariter & ſextum in eaſdem partes ſeſe diſpergunt.

Septimum ſub ſextâ cervicis vertebra prodiens, in brachium, nonnunquam in diaphragma progreditur.

Ex medulla in Dorſo duodecim oriuntur paria. Duo prima in brachium abeunt, muſculoſque thoracis, reliqua in coſtarum ſpatia, unde intercoſtalium nomen agnoſcunt.

Lumborum medullæ quinque aſſignantur paria: quorum poſteriores rami feruntur in lumbos, anteriores verò in abdominis femoriſque muſculos ac teſtes.

Denique è medullâ oſſis ſacri ſex paria emergunt, quæ partim in femur, partim in muſculos vicinos, ac in cutim, pariterque in collum uteri, ani veſicæque muſculos, ac in penem ſeſe extendunt.

CAPUT X.

De Facie.

PArte piloſâ explicatâ proximè ſequitur glabra ſeu facies, quæ vultus à voluntatis judicio in facie conſpicuo, appellatur.

Pars ejus ſuperior dicitur frons à ferendo, quia præ ſe fert animi affectus; inferior ad ſupercilia incipit & in menti extremitatem deſinit.

Secundùm Sectionis ordinem dividitur in partes continentes & contentas. Continentes ſunt communes & propriæ. Communes ubique reperiuntur; Cuticula, Cutis, Adeps, panniculus carnoſus. Hic tamen peculiare hoc habet cutis, quod variè perforata ſit in oculis, naribus, auribus, oreque (partim pro libero objectorum ſenſibilium acceſſu, partim pro nutritionis aeriſque intromiſſione, nec non excrementorum expulſione) & panniculus

in

in reliquo corpore nervoſus, hic tot[illegible] muſculoſus eſt; cuti frontis ita firm[illegible] conjunctus , ut vix ſeparari poſſi[illegible] Propriæ ſunt muſculi faciem move[illegible] tes, oſſa & cartilagines.

Contentæ ſunt ſenſuum quatuo[illegible] aſpectus, auditus, odoratus, & guſt[illegible] organa, oculi ſcilicet aures, nares & [illegible] in quo lingua, inſtrumentum guſtû[illegible] continetur. Hinc, quod organa ſe[illegible] ſûs locata ſint in facie, imago ment[illegible] verè appellatur, nam (ut aliquis be[illegible] docet) in ſuperciliis ſuperbia habita[illegible] in mento majeſtas, in fronte ſapien[illegible] tia, toto in vultu pulchritudo & hone[illegible] ſtas. Immo in ipſo manifeſta vit[illegible] mortiſque ſigna pariter apparent, u[illegible] de Hippocrates medicis dedit in man[illegible] datis, Primò ægroti vultum intueri [illegible] obſervare, an vultus in valitudine ſu[illegible] jam reſpondeat, an colore, figurâ, v[illegible] magnitudine, non multum immut[illegible] tur.

CA[illegible]

CAPUT XI.

De Oculis.

INter omnes ſenſus externos eximia eſt præcæteris videndi facultas, lucidis oculorum orbibus inſita, quos animi feneſtras, amorisque faces, rectiſſimè veteres appellarunt.

Oculi duo ſunt ob perfectionem viſus, & ut uno deficiente alter vicem ſuppleret. Eorum ſubſtantia mollis eſt, lubrica, pellucida, ut celeriùs rerum omnium Spectra, Colores, imaginem exciperet.

Figura debet eſſe rotunda, non tantùm ut faciliùs ſe moveant, ſed ut objecta etiam viſibilia aptiùs recipiant. Aliqui verò figuram volunt Pyramidalem, (conalem potiùs) baſi exteriùs, Cono autem interius poſito ad nervos opticos.

Conditor Sapientiſſimus in celſo robuſtoque cranii ſpecu eos collocavit,

vit, celſo quidem, ut vigilum officiu commodiùs præſtent, inter oſſa r buſto, ut ab injuriâ meliùs ſeſe tuea tur.

Huic paritèr officio formavit natura palpebras, quæ ſunt oculorum velamenta, ex cute, membrana muſculiſque conflata. Membrana cuti ſubterſa, à pericranio producitur, quæ per longitudinem frontis deſcendens conjunctivam oculi tunicam conſtituit.

Palpebrarum extremitates limbo cartilagineo (Tarſo dicto) terminantur, cui pili inſerti ſunt, non ſolum u corpuſcula per aerem volitantia ab oculo arceant; ſed ut levem etiam inducendo umbram, acutiorem reddan conſpectum.

Cognitum eſt palpebrarum officium, ſcilicet oculos humectare, aperire, claudere etiamque defendere. Apertæ, duos efformant angulos, qui à veteribus dicuntur Canthi; quorum unus major ad naſum, alter minor ad tempora, evadit.

Ad majorem angulum , juxta os naſi, recumbit caruncula, ſpongioſa & mollis, quæ lachrymarum per nares effluxionem impedit, unde lacrymalis dicta eſt.

Ad ſuperiorem minoris anguli partem, eximia reſtat glandula in pinguedine commorata, humidæ ſubſtantiæ plena, quâ oculus ad motum ejus expediendum, humectatur.

Ad oculorum frontiſque confinia, Creator ſupremus ſupercilia produxit, quæ cutem habent craſſam, prominentem, piliſque hirſutam, non tam ornamento, vel oculorum tutela, quam ut ſudores per frontem defluentes ab oculis ſummoveret.

Oculi verò ipſi, inſtructi ſunt muſculis, membranis, humoribus, ac vaſis.

Muſculi oculos moventes ſunt ſex, quorum quatuor rectè, duo obliquè ſe habent.

Rectorum primus attollit oculum, ideoque Superbus dicitur. Proximus priori

priori oppoſitus, deprimit eum, und
humilis nomen obtinuit. Tertius
Bibitorius eſt, oculum ad angulum
internum, Quartus, indignatorius
eum ad externum adducens.

Oriuntur omnes ab inferiori orbi
tæ oſſeæ parte, circa ampla foramin
nervos recipientia, & ſub adnatâ
ad corneam uſque tunicam ferun-
tur.

Primus obliquorum, major, lon-
gior, ſituque ſuperior, ad nervi optic
foramen exoritur, & trochleam ingre
diens cartilagineam, tenui origine, in
ſuperiorem corneæ partem obliqu
terminat, & oculum, angulum verſu
internum circumvolvit.

Secundus, obliquus minor dictus
gracilisvè, circa rimam oritur, oſſ
duo mandibulæ connectens, & ab an-
gulo majori tranſiens, tranſverſim cir-
cundat oculum, & alterius obliqu
muſculi in ſuperiori parte, tendini fer-
occurrit. Hic oculum ad minorem
angulum adducit.

Obli-

Obliqui hi muſculi dicuntur ama-rii, quoniam oculi arguti amaſias icere ſolent.

Præterea, multa pinguedo inter uſculos oculi opponitur, ne in moti-us æſtuaret perpetuis & ſiccaretur, & oculum ab aeris frigore ambientis eatur.

Membranæ oculum includentes unt ſex.

Prima dicitur adnata ſeu conjun-tiva, quod oculo firmè adhæreat, ui per eam confirmatur in orbita, ut violentis motibus non ejiciatur. Hæc dimidium oculi circulariter egit.

Secunda cornea, ſic dicta, quià arte anteriori tenue cornu pelluci-itate refert: At poſteriori craſſa eſt c obſcura. Quemadmodùm conjun-tiva à pericranio, ita hæc à dura ma-re nervum opticum inveſtiente, exur-it.

Tertia dicitur vuea, quod vuæ fol-iculum, lævitate externa referat. Ante-

Anteriùs priori tenuior, & varios ob-
tinet colores, ut omnes cryſtallino co-
lores præſentaret. Pernigra eſt ſuper-
ficies interior, quod ad viſionis per-
fectionem requiritur; eò quod lux in
locis obſcurioribus magis ſplendeſcit.
At reverà oculi lucem habent conge-
nitam; & quendam ſplendorem, non
ſolùm in humoribus, at etiam in mem-
branis.

Tunica hæc, non (corneæ inſtar)
totum tegit oculum, at anteriùs per-
forata & Cava, conſtituit pupillam,
per quam feneſtram veluti objecto-
rum viſibilium ſpecies diſcernit.

Pupillæ circumferentia parvulis
adornata eſt fibris, quarum opera
vueæ foramen contrahitur & dilata-
tur, qui motus luminis tranſitu effi-
ciuntur. Circulus pupillam ambiens
iris dicitur, ob varietatem colorum
membranam corneam transfulgen-
tium.

Quarta, Retiformis dicta, mollis
eſt, & ſubſtantiæ mucoſæ: Ab ipſo

nerv-

ervi optici centro protenditur ſupra umorem vitreum, uſque ad ciliare gamentum.

Quinta, cryſtallina dicta, araneæ nſtar tenuis, humorem circundat cryſtallinum.

Sexta & ultima, appellatur vitrea, umorem vitreum amplectens, lævitate nec non tenuitate inſignis.

Tres ſunt oculorum humores, aqueus ſcilicet cryſtallinus vitreuſque, pellucidi omnes, coloriſque expertes, ut viſibilium ſpecies coloratoum acuratiùs exprimantur.

Humorum aqueus prior eſt, tenuior agisque fluidus, Cryſtallinum, cum roximâ vitei parte, humectans. Quamvis pars hæc ab aliquibus ſpermatica putetur, nihilominus ejuſdem ortio in hominibus abſque magno iſionis offendiculo (ut in cataractæ epreſſione apparet) emittitur. Ideo xcrementum potiùs videtur ex nuitione cryſtallini, quod in morbis oſumatur, & vulneribus oculo-

 rum

rum deperditus, reſtituatur.

Humor hic propugnaculum e
cryſtallini, (à quo membranâ diſtin
guitur araneâ) lucis externæ ſplendo
rem obſcurando, ſubitaneum ejus im
pediendo ingreſſum. Et Specular
inſtar ei inſervit, ad ſpecies viſibil
cryſtallino repræſentandum.

Humor cryſtallinus priori ſubja
cens, reliquos, ſoliditate, perſpicu
tate, ſplendoreque longè excellit. Im
poſitus enim literis, eas majores inſt
conſpicilii exhibet. Naturalitèr è pe
lucida ſeminis portione producitu
errantque ideò, qui calore, ſpiritu
deſtitutum exiſtimant, vel verâ nutri
tione, aliarum enim inſtar partium i
creſcit. Poſteriùs rotundus eſt, ubi
humore reſidet vitreo, at anteriùs al
quantulum planus, ut objecta rec
piendi ſpatium concedatur.

Vitreus, ſic dictus, quod vitro
milis ſit liquefacto, reliquos duos po
tione excedit: ut nutrimentum cr
ſtallino, (primo viſionis inſtrument

pr

ræbeat. Situs in parte humoris cryſtallini poſteriore, cui pulvinaris inſtar inſervit, & totam oculi cavitatem cæteris relictam, occupat. Viſibiles hic formas, cryſtallinum evadentes, ...oratur.

Denique ad oculos mittuntur vaſa, venæ à jugularibus, arteriæ à carotidibus. Duo etiam exiſtunt nervi, opticus, & motorius, de quibus ſuprà ſatis.

CAPUT XII.

De Auribus.

ABſolutâ oculorum hiſtoriâ, auditûs organa nunc tractandi jus peculiare ſibi vendicant.

Auricula ſeu auris externa variis conſtat partibus, Cute, pinguedine pauculâ, & carnosâ membranâ ſuppoſitâ, at propriè cartilagine, lobo, & vaſis privatis.

Cartilago eſt ampliſſima auriculæ

 portio,

portio, ſi oſſea, fractioni fuiſſet ſub-
jecta, ſi carnea, ſonitûs repercuſſioni
non tàm accommodata. Oſſi petroſ
nectitur per ligamentum validum,
pericranio exortum.

Lobus, Subſtantia eſt mollis, infe-
riorem cartilaginis partem occupans
magis aſſimilatur pinguedini quam
carni, cujus perforatio elenchos ad-
mittit geſtandos.

Hæc ſunt vaſa aurium: venæ à ju-
gularibus, ab utraque carotide arte-
riæ, nervi, à ſecundo cervicis pari
procedentes. Hic obſervandum e
carotidis ramum, ad maxillam ſupe-
riorem per auris antitragum tranſire
unde ſpiritus vitalis ad utrumq
dentem defertur.

Præterea ne quid ad ſenſûs huj
nobiliſſimi perfectionem deeſſe
muſculos quoſdam circa cartilagine
prædictam conſtituit diviniſſim
opifex, quos tenuitatis ratione Pe
graphias ſeu lineamenta muſculoru
Galenus appellat. Hique tam pa
effec

efformantur, ne motus nimius audi-
tum impediat. Imò ipſæ auriculæ
(licet in aliis immobiles) in aliquibus
moventur. Proprius auriculæ muſcu-
lus à mammillari proceſſu exſurgit.
Hic ſub auris ligamento latens, in ejus
radicem inſeritur. Tres muſculi com-
munes, frontalis muſculi, Cutanei
nec non occipitalis, portiones exi-
ſtunt.

Auris externa (ad frigiditatem &
ſiccitatem diſpoſita) à minoritate ve-
nuſtatem accipit, aures enim aſininæ,
in eò quod magnæ, maximè ſunt in-
decoræ.

Figurâ ovalis eſt, varias habens ta-
metſi protuberantias: illarum quæ
extremam conſtituit oram, à flexu
tortuoſo dicitur Helix, proxima, in-
terior, prioríque reſpondens, Anthe-
lix. Eminentia quæ ſpectat tempora,
piliſque hiſpida, Tragus, cujus op-
poſita Antitragus, etiam appellatur.

Cavitates auriculæ ſunt tres, una
interior, veſtibulum meatûs auditorii,

Secunda huic circumducta, & à ſimi-
litudine concha dicitur: Helicem in-
ter & Anthelicem tertia continetur
Authoribus adhuc Anonyma.

Uſus auricularum eſt, ut ſonus aë-
reus, collectus, ac tot cavitatibus re-
ceptus, ad internas earum cavernas
rectiùs tranſiret. Plurimæ circa aures
collocantur glandulæ, quæ humorem
exugunt redundantem, ac vaſorum
diviſionem confirmant. Hæ vulgò
cerebri emunctoria, tumoreſque ab
Hippocrate, Parotides appellantur.

At internum illud, verumque au-
ditûs organum, in petroſo oſſis tem-
porum locatur proceſſu, non ſolùm
adverſus fortuitorum impetum ob
duritiem tuto, ſed ad ſoni etiam re-
tentionem propter ſiccitatem aptiſ-
ſimo.

Quatuor præſertim habet cavitates
& diverticula.

Prima meatus eſt auditionis, qui in
auris externi Conchâ incipiens, tenui
cute, membranâ paucula pinguedine

& pericranio, ad tympanum uſque veſtitur: Ductum habet tortuoſum, ſurſumque ſe convertentem, ne accidentia externa tympanum pertingant, & ut corruptio intro collecta faciliùs emittatur.

In meatu auditorio viſcoſus colligitur humor, coloris flavi, guſtûs amari, qui peculiare habet officium; in Aures enim irrepentia eo tanquam viſco illaqueantur, & amaritũdine ſuâ tam offenduntur, ut ad tympanum tranſire non poſſint.

Ad finem meatûs hujus, membrana tympani, ſeũ internum auris reperitur velamentum. Pertenuis hæc quidem eſt, at ſatis firma, ut vim aeris externam non ſolùm innoxia ſuſtineat, at ſpeciem ſoni ſiccitate ſuâ conſervet, & in ſecretiores aũris cavitates emittat. Perioſtii quædam videtur expanſio, ſenſu exquiſito donata, ob nervos in eam diſſeminatos & ſub eâ tranſeuntes. Firmitatis gratiâ chordam habet veluti tympana bellicoſa, extenſam.

Ablatâ hâc membranâ perampl patefcit cavitas, quam Hippocrate Antroſam, (ob ſinus in quos diffum ditur varios) Fallopius Tympanum appellat, quia membrana circa ora apicis inſtar tympani locatur. Qu hanc acuratiùs intuetur, tria priùs oſſi cula eximat in eâ collocata, Cartilagi num, medullæ, membranarumqu deſtituta ſunt, circa tamen extrem (ob firmiorem nexum) exili ligamen to alligantur.

Horum primum à formâ malleo lum vocant, quod oblongum eſt, & tympano per ligamentum adhæret Secundum incudis nomen habet, cor pore craſſiori præditum: Sinum ho habet levem malleoli caput excipien tem. Stapes tertium eſt, in medio con cavum, ut aeris tranſitui in labyrin thum viam præbeat. Duo hæc ultima malleoli formantur gratiâ, ut eum idoneè fulcirent, ejuſque motibus ob ſequium præſtarent. Omnia enim cohærentia, ſe mutuò ordine ſequun tur

tur. Eorum uſus eſt, tympanum firmare, & alliſione ſuâ nervo auditorio ſonum meliùs conferre.

Nunc ipſa cavitas, tympanum dicta, faciem intuentibus variam exhibet, nam multiplices habet cavitates anfractusque, in quibus violentus aeris divertitur confluxus, & vocis reflectio ſingulari ejus inæqualitate impeditur; Poros etiam habet meatusque diverſos ſonorum imaginem tranſmittentes. Superiùs, antrum aperitur ampliſſimum, quod per cavernulas ſuas, in inexplicabilem mammiformis proceſſûs cavitatem, viam adaperit. Inferiùs atque anteriora verſus, meatus exſtat parvulus à tympano ad palatum, cartilagineus, per quem ſonus in ore tanquam excitatus cum aere, ad aurem tranſit, unde auditu hebetiores, ore aperto & expiratione cohibitâ diſtinctiùs audiunt, oſcitantes verò, penitùs obſurdeſcunt.

Cavitatis antroſæ medium, quod inſtar lævis colliculi protuberat; utrin-

que foramen habet, quorum majus fenestram appellant ovalem, minus rotundam; Prius in labyrinthum, Posterius in cochleæ initium ſonum deducit.

Cavitas tertia, quod anfractibus cuniculi inſtar plena ſit, (quorum omnes in eandem revertuntur cavitatem) labyrinthus nuncupatur. Harum convolutionum uſus eſt, ut ſonus per tam anguſtos tranſiens meatus evadat acutior & non diſſipetur.

Qvarta, quæ cochlea, eſt cavitas auris inſignis cum duobus circulis, & portione tertii, cochleæ inſtar circumflexa. Hæc ſpermatica eſt, ſicca, levis que, ſubſtantia ad præſervandum ſonum aptiſſima. Tres habet, quandoque quatuor flexus: Hoſce inter, rima adeſt quâ ſonus ad cerebrum tranſit & excrementum bilioſum in aures defluit.

In hâc verò auditorii organi parte ſi quæratur quæ præcipua ac auditui quam maximè neceſſaria ſit, paulò c...

ſti...

ſtinguendum eſt : Si enim partem ſonum retinentem, & ad partes internas immittentem, aſpicimus, Cochlea principatum obtinet ; Si verò ad ſonum receptum percipiendum requiſita inquiremus, nervi mollioris expanſio cochleæ anfractu locata, dignitate quidèm antecellit.

Auditus hoc modo efficitur. Aer in cavitate primâ receptus tympanum movet, concuſſum quod, oſſicula tria ei connexa agitat ; Tunc ſoni ſpecies in aere interno imprimitur, qui ſoni qualitatem, labyrinthi anfractibus, habens purificatam, per cochleam fertur, & nervo traditur auditorio, ut ſpiritus animalis communi ſenſui, ſpecierum omnium ac formarum judici repræſentet.

Prætereà Anatomici recentiores duos internæ auris conſtituunt muſculos, unum externum in meatu auditorio qui auris membranam retrahit, alterum intra tympanum malleolo affixum.

CAPUT XIII.

De Naſo.

NAſus, odoratus & expurgandi cerebri inſtrumentum, in medii ſedem obtinet; ut quaſi murus oculis interjectus eſſe videatur.

Externus naſus Græce dicitur ῥίς fortaſſe quòd per ipſum effluant ſordes: pars ejus ſuperior, quæ oſſea eſt & immobilis, dorſum naſi vocatur acuminata ſpina; laterales verò ubi cartilagines exiſtunt, alæ & pinnæ: pars denique carnoſa, labio vicina, columna nuncupatur.

Variis conſtat particulis, oſſibus, cartilaginibus, muſculis, vaſis, membranâ & cute.

Oſſa tria ſunt, quorum duo tertium ab ethmoide exortum quaſi interjectus paries diſterminat. Hæc ad medium uſque naſi tantùm feruntur, reliquum enim totum eſt cartilagineum.

Car-

Cartilagines naſi ſunt quinque, duæ laterales alternatim diſpoſitæ, mobiles interventu muſculorum. Interjecta eſt media cartilago quæ ab oſſeo ſepto dependet.

Muſculis ſeptem fruitur naſus, quorum unus communis eſt, ſex proprii. omnes movent cartilagines, aliqui enim dilatationi, alii conſtrictioni inſerviunt.

Quoad vaſa, venas habet naſus à jugularibus: arterias à carotidibus: nervos à tertia conjugatione.

Totum hoc naſi corpus duobus tegumentis veſtitur. Quorum exterius, cutis eſt; muſculis & cartilaginibus ita firmè adhærens, ut (niſi lacerata) vix ſeparari poſſit. Interius, menbrana eſt, fibris carneis conſperſa, cujus beneficio pinnæ narium conſtringuntur in inſpiratione forti, ut dilatantur ab aliis muſculis externis. Tenuis hæc tunica procedit à craſſa meninge, per foramina ethmoidis tranſeunte. Narium pili vibriſſi dicti aſcenſum in-

ſectarum impediunt.

Externi naſi non unicus apud medicos eſt uſus at varius & multiplex. Primùm enim per eum aer intrat in cerebrum, pro ſpirituum neceſſitate animalium, & in pulmones fertur, pro cordis refectione, nec non vitalium generatione ſpirituum. Secundò, per eum odores deferuntur ad proceſſus uſque mammillares. Tertiò, cerebri excrementa per eum tanquam canalem effluunt. Confert etiam ad vocem, ornatumque addit faciei.

Internus naſus verum odoratus organon, ethmoide & proceſſibus mammillaribus conſtat. Pars ethmoidis ſuperior, ad cerebri ferè baſin ſita, cribri inſtar eſt perforata. Inferior mollis eſt, & os ſpongioſum appellatur. Nervi molliſſimi ſunt proceſſus mammillares, ab anterioribus cerebri ventriculis prodeuntes.

CAPUT XIV.

De ore & partibus in eo contentis.

OS, ϛόμα Græce, dicitur tota illa cavitas inter labia & buccas contenta, per quam aer pro ventilatione cordis, cerebri, & caloris innati ingreditur; per eam exeunt ſputamina: & in hac voces formantur, ac cibi pro nutritione aſſumuntur.

Oris partes ſunt labia, Gingivæ, Dentes, Palatum, Tonſillæ, uvula & lingua.

Labia ſic dicta à lambendo fungoſam habent ſubſtantiam, quorum cutis adeò cum muſculis miſcetur, ut cutis muſculoſa, vel cutaneus muſculus eſſe videatur. Imò labiorum partes inter ſe ita unitæ ſunt & compactæ ut per anatomen vix ſeparari poſſint.

Velantur tunica ori & ventriculo communi, hinc in vomitu futuro labium

bium ſemper tremit inferius.

Quinque muſculorum paria labiis propriè inſerviunt, è quibus primum, ſuperius labium attollit. Initio fruitur à maxillâ supernâ, ubi genarum cavitas exiſtit, & in labrum ſuperius deſinit. Prope hoc oritur muſculorum par alterum, tenue pariter ac latum, quod in labium ſubjectum demiſſum, illud ſurſum commovet. Carnoſum tereſque eſt tertium, quod ab oſſe jugali enatum, in labri utriuſque confinio terminatur, quod etiam ad latera ſurſum abducit. Quartum par, ad latera maxillæ inferioris prodiens, in latus labii inferioris propè finem inſeritur, quod deorsùm abducit. Quintum circa medium menti exoritur, aſcenditque ad labrum inferiùs, quod deprimit.

Paria duo ſunt buccis & labiis communia. Muſculus quadratus oritur circa claviculas & poſteriorem colli partem; fibris verò obliquis terminatur in mentum, ubi maxillæ inferiori in-

nhærens, eam cum annexis partibus deorſum trahit. Huic ſubjacens eſt Buccinator, ita dictus, quod in Buccinantibus collecto ſpiritu protuberet. Oritur hic muſculus à ſuperiori maxillâ, & in inferiorem, ad gingivarum radices, implantatur.

Labiorum uſus eſt ad tutelam dentium, ad verba efformanda, ad cibum & potum aſſumendum, ad oris concinnitatem rejectionemque ſputi.

Gingivæ à gignendis dentibns dictæ carnes ſunt immobiles, in eum uſum conſtructæ, ut dentes in alveolis firment ſtabiliantque.

Dentes oſſicula ſunt, non tantum ad cibum comminuendum, conterendumque, ſed vocis etiam expreſſionem conducibilia. Pars dentium externa & exerta dicitur baſis, interna radix, quæ venam arteriam & nervum recipit. Dentes nudi ſunt extra, & abſque perioſteo, ne inter maſticandum dolore afficiantur. Numero fœminis ſæpè quatuordecim: viro frequentiùs quin-

quindecim, aut ſedecim in utraque maxillâ.

Priores quatuor dentes, quia ſecant, à Celſo τομεῖς, latine verò inciſores vocantur; Proximè hos duo exiſtunt canini, Græcè κυνόδοντες dicti, non tam figura quam uſu & duritie. Reliquum maxillæ decem molares occupant à Græcis μύλοι appellati. Per articulationem Gomphoſim, Cavernulis, quæ alveoli nuncupantur, immobiliter infixi ſunt.

Palatum ſeu pars oris ſuperior concameratum eſt, ut aere repercuſſo vox eſſet acutior.

Per ſuturam dividitur in medio, cujus ad finem duo apparent foramina, per quæ cerebrum in os humores ſuperfluos demittit, unde inter Palatum & nares maxima ſocietas. Per hæc foramina, occluſis oribus, expiramus & inſpiramus, ac naribus obſtructis, excrementa in cerebri ventriculis collecta, in os hoc modo derivantur.

In-

Inveſtitur tunica craſſâ nerveâque. Corrugata eſt ratione aſperitatum ſive crenarum quæ oſſi inſculptæ ſunt. Hæc à dura matre oriunda, ad ſenſum, nervulis à quartâ conjugatione donatur.

Quoad Tonſillas quæ fauces, os & linquam ſaliva perpetuò irrigant, vide ſupra in penultimo capite ſectionis ſecundæ.

Inter Amygdalas ab extremo palato dependet uvula, quæ dum integra eſt πλῆκτρον & γαργαρεῶν nuncupatur: dum malè affecta, ſi ſuperna ſede tenuior ſit, inferna craſſior, inſtar uvæ pendentis, σταφυλὴ; ſi verò teretem habet formam, κίων ſeu columella appellatur.

Uſus eſt, aeris frigidioris inſpirati impetum frangere, ne ſubitò in pulmones irruat. Liquidorum refluxum in nares impedire. Huic particulæ adjuncta ſunt ligamenta lateralia, tonſillas glandulas includentia, quæ naturaliter debent eſſe ſicca, & versùs os pa-

lati

lati revulſa. Muſculos item ad motum quamvis obſcurum, vel potiùs ad ſuſpenſionem obtinet.

Lingua guſtatus & Sermocinationis organum, Græce γλῶσσα à lingendo dicitur.

Figurâ & magnitudine eâ fruitur, qua ori undique ſe applicare, & ciborum ingeſtionem minimè impedire posſet.

Pars ejus acuminata, quæ alliditur dentibus, progloſſis, lata verò imis faucibus abſcondita baſis linguæ appellatur.

Ex carne conſtat propria, membrana, vaſis, muſculis, & valido ligamento.

Caro (membrana tenui ſuccincta) mollis eſt, rara & laxa, ſpongiæ inſtar. dignoſcendis ſaporibus maximè idonea.

Quoad vaſa. Venæ ſub lingua apparent duæ, à jugulari externa exortæ, quas vulgus ob colorem raninas vocat. Totidem arteriæ à carotidibus prodeuntes

leuntes has venas comitantur. Tria habet nervorum paria: quorum duo per tunicam ſparguntur, poſtremum in linguæ muſculos ad motum & loquutionem inſeritur.

Muſculi linguæ proprii in ejus ſubſtantia deſinentes decem exiſtunt, ſurſum, deorſum, antrorſum, retrorſum, & ad latera eam moventes. Muſculi etiam oſſis hyoidis motui linguæ non parum contribunt.

Medio ejus corpori, ſtabilitatis cauſa, ſubjicitur lingamentum, validum nec non membranoſum, cujus extremitas frænulum appellatur. Linguæ uſus eſt vocis deciſio, cibi maſticati converſio, & Saporum diſcretio.

Finis Sectionis Tertiæ & ultimæ.

Index Capitum in Sectioni
Tertiâ Contentorum.

Cap. I. DE Capite. Pag. 7

II. De Partibus Capitis comm-munibus, ac continentibus. 7

III. De Pericranio & Perioſtio. 7

IV. De Suturis & Cranii Subſtan-tiâ. 7

V. De Meningibus. 8

VI. De Cerebro. 8

VII. De Nervis à Cerebro exor-tis. 9

VIII. De Cerebello. 10

IX. De Spinali medullâ, ejuſqu Nervis. 10

X. De Facie. 11

XI. De Oculis. 11

XII. De Auribus. 12

XIII. De Naſo. 13

XIV. De Ore & partibus in eo Con-tentis. 13

Index Capitum in Secundâ Sectione Contentorum.

ap. I. DE Thorace. Pag. 8
I. De Mammis. 10
II. De Muſculis Medii ventris. 11
V. De Claviculis. 19
. De Sterno. 20
I. De Coſtis. 22
II. De Septo Tranſverſo. 24
III. De Pleurâ. 27
X. De Mediaſtino. 29
. De Thymo. 30
I. De Trunco venæ cavæ aſcendente. 31
II. De Trunco aortæ aſcendente. 38
III. De Nervis per thoracem diſſeminatis. 39
IV. De Pericardio. 41
V. De Corde. 43
VI. De Pulmonibus. 55
VII. De Aſperâ Arteriâ. 60
VIII. De Oeſophago. 68

Index

Præcipua Typographi Errata ſic emendentur.

In primâ ſectione.

PAg. 14. l. 11. poſt *ut* adde *in*. p. 21. l. 20. lege *liquecat*. p. 22. l. 17. *Sternum*. p. ibid. l. penult. *ſectione*. p. 26. l. 21. *costis*. p. 31. l. 12. *cartilaginum*. p. 38. l. 22. *meſenterico*. p. 53. l. 7. *utiliſsimum*. p. 95. l. ult. poſt *& hæc* adde *de partibus nutritivis, proximè ſequuntur generativæ*, p. 104. l. 20. lege *& ſub*. p. 111. l. penult. *quarum*. In Epiſtolâ ad lectorem, *maléque* pro *mintraque*.

In ſecundâ & tertiâ.

PAg. 36. l. 11. lege *repens*. p. 45. l. 7. *frigidiores*. p. 53. l. 12. ante *reditum* adde *at*. p. 57. l. 18. lege *bubulam*. p. 59. l. 22. *innato*. p. 66 l. 3. *arytænoidis*. p. 77. l. 17. *quales*. p. 78. l. 7. *ligamentis*. p. 93. l. 11. *procurrunt*. p. 108. l. 4. *meninge*. p. ibid. l. 12. σύζυγία. p. 132. l. 4. poſt *medio* adde *faciei*.

[illegible]
duodenum
jejunum } tenuia intestina
ileon

Cæcum
Colon } crassa intestina
rectum

MEDICAL SOCIETY OF LONDON · 11, CHANDOS ST. CAVENDISH SQ.
ESTABLISHED
1773